





M. S. en 4.º pergamino, bien tratado, con 395 hojas.

Tractatus de voluntario et involuntario ad quaest. 6.ª 1.ª 2.ª Sti Thomae

Autore P. Didacus Perez.

Rotulata

Diego Perez, de actibus humanis.

Nov[a]

Tractatus de volun
tario.
Ac in voluntario ad quaestione
sexta primae 2dae
D. Angelici S. Thomae
explanda.
Authore Patre Didaco Perez
In collegio Hispalensi
Societatis Jesu divi Her
Menegildi
Die 20 septembris anni 1653.

Praefatio.

Sanctus Thomas 1a 2ae de actibus humanis gravissimus instituit tractatus a quaestione sexta usque ad decimam septimam inclusive quas doctis commentariis illustrare et explicare instituimus. Solumque quaestio sexta pro praesenti nobis est explicanda, in qua de voluntario et involuntario disserit, ex parte quae potissima theologiae moralis continet fundamenta.

Divisio

Dividit hanc quaestionem sanctus doctor in octo articulos. In primo explicat voluntarii definitionem, affirmat in humanis actibus voluntarium reperiri. In secundo docet voluntarium in actibus brutorum reperiri, non tamen perfecto modo voluntarii. In tertio defendit posse contingere voluntarium absque actu, quandoque sine externo, quandoque sine interno, et externo. In quarto disputat, utrum violentia possit inferri voluntati.

In quinto utrum eius modi violentia causet involuntarium. In sexto metum non causare absolute et simpliciter involuntarium, sed solum secundum quid. In septimo discutit utrum concupiscentia aliquando causet involuntarium. Tandem in 8 inquirit an, et quatenus ignorantia causet involuntarium. De his ergo plures quaestiones morales investigando, de eo autem sic sequentibus disputationibus agendum est nobis.

Disputatio 1a.

Quid sit voluntarium explicatur

Nisi explicetur accurate, quid sit voluntarium in
deliberatio non poterit [illegible] certationis scopus ideo recte
pro illo definitionem investigare necessarium est, ut ad alias
questiones de voluntario gradum faciamus.

Caput Primum.

Examinantur Aristotelis et Aliorum definitiones.

Aristoteles 3 Ethicorum, cap. 1o sic definivit voluntarium
cuius principium est in agente sciente singula in quibus
est actus. In his verbis significari videtur agentem debere
vere cognoscere singula, quae commitant actionem vo-
luntariam, quare haec definitio non comprehendit
omne voluntarium, et consequenter vera esse non
potest. Probatur, quia actus procedentes a voluntate, quando
per amorem v.g. tendit in obiectum, quin progrediatur in
actionem aliquam externam, sunt voluntarii, ut ad-
mittunt omnes, et tamen ipse intellectus non cognoscit ea
quae sunt actus, aut reflexe non cognoscit actum ipsum amoris
procedentem. Ad amandum enim obiectum aliquod non requiritur cognitio
ipsius amoris, sed solum obiecti amandi. Ergo Aristote-
lica definitio non comprehendit omne voluntarium.
Constat,

et explicatur, per hanc definitionem
... in mente dei exponitur inten

intendit Aristoteles, quoad ea-
tenus quis praestat actionem
aliquam voluntariam, quatenus
exercet illam sciens, et volens, ita
ut sub ea ratione, sub qua illam
ignoranter exercet, non exerceat illam
voluntarie; sed voluntas saepe
exercet actionem aliquam volu-
ntariam, nimirum v.g. dilectionem ta-
lis amoris, non sciens neque vo-
lens talem amorem, quia
neque datur cognitio neque amor
reflexus talis amoris: ergo datur alia
qua actio proprissime voluntaria,
cui non convenit Aristotelica de-
finitio.

Respondeo cum ali-
quibus Doctoribus compluten-
sibus Aristotelem non fuisse loquutum
de voluntario per modum formae quod
constituit voluntatem formaliter vol-
entem, sed de voluntario per modum obiecti
affecti. Itaque voluntarium sub obiecto
requirit, quod agens cognoscat singula, quali-
ter in definitione Aristotelica continetur
exemplo manifesto in filio occidente patrem, sin-
e ignorans nesciat occidere patrem ipsum, sed homicida
sed vero cum cognitione paternitatis occidat, parricida
est. Unde actio voluntaria requirit
cognitionem eorum quae committantur illam et conse-
quentes salvat Aristotelica definitio.

Respondeo primo

d[istin]g[uen]do a[ntecedens] ... [illegible] ... in [illegible] ... si [illegible] ... definit[io] ...

et actio extra voluntatem non [illegible] ...

definitio ... [illegible] ...

[illegible], ... voluntaria [illegible]

[illegible] ... [illegible] ...

[illegible] ... adequata et conv[ertibilis] ... [illegible]

[illegible] ... voluntario sufficiens ... [illegible]

definitio ... absolute ... [illegible] ... volun

tarium ... [illegible] ... ut non cognoscat [illegible]

[illegible] ... [illegible] ...

[illegible] ... ut actio ... voluntaria ... [illegible]

[illegible] ... voluntaria ... [illegible]

[illegible] ... requirat.

[illegible] ... definiunt

voluntarium, quod ... in [illegible] cum

cognitione finis. Ex qua definitione [illegible]

[illegible] voluntarium, quod ... a voluntate

cum ... in [illegible] finis. In

[illegible] ... actio, et operatio ...

[illegible] ...

[illegible]. ... [illegible] ... sufficienter ... voluntarium, quod ... [illegible]

[illegible] ... in [illegible] cum

cognitione finis. Igitur actio ... voluntaria

[illegible] ... voluntario ... volun

tarii ... operationibus voluntatis, vel

appetitus ... [illegible] ...

[illegible] definitio voluntarii non [illegible]

R. ad 2um Maiorem. Nam sicut actus volitionis est
ex precedenti apprehensione cognoscentis,
itaque tendat vi intellectus et actus volitionis. Quod
sicut actus voluntatis est a principio intrinseco
cognoscente finem, et consequenter voluntarium, quia
procedit a voluntate presupposita cognitione
finis, sic actus intellectus erit a principio intrinseco, et consequenter voluntarius, quia procedit ab
intellectu presupposita apprehensione finis.

§ 11 . 56

Dices tendere in finem sub
formalitate est proprium voluntatis non vero intellectus, sicut
precisum tendit in verum sub formalitate veri: non ergo valet
ex definitione exposita quod actus intellectus sint voluntarii, quia licet procedant ex aliquo actu intellectus presupposito,
non tendunt in finem formaliter ut talem. Sed hanc responsionem
devolvit ad voces tota discordia. Certe ego non video, quare voluntas tendat per suum actum in finem
formaliter, ut finem amplectendo obiectum per cognitionem propositum, intellectus vero non tendat in finem formaliter
finem amplectendo obiectum propositum per apprehensionem.

§ [illegible] Ostendo praeterea
per hanc definitionem [illegible] explicari. Ratio
finis non est formalitas aliqua intrinseca in
obiecto, quae tangatur per actum voluntatis, non vero per actum
intellectus, cum quidquid in obiecto est per cognitionem
precedentem ad actum voluntatis attingatur, ergo bonitas
[illegible] bonitas, quae specialissimum obiectum voluntatis
habet nuncupari. Unde si ratio finis
formaliter ut talis dicit per ordinem ad voluntatem ista
est demonstratio extrinseca, veniens ab
actibus voluntatis, quare, quando sic [illegible]

D. Dicunt voluntarium esse id, quod procedit cum fine, idque est accidere voluntarium, id est id, quod respicit obiectum denotatum a actu voluntatis, quae evidenter idem est explicare.

Caput 2. Verum voluntarii definitio.

Facillime iudico sine verborum ambagibus, sic posse voluntarium definiri. Voluntarium est quod a potentia appetitiva fertur ab intrinseco in obiectum cum praevia cognitione. Ita Pater Arriaga, disp. 5 sect. 2, a quo non discordant R. R. alii. Complectitur haec definitio omne voluntarium sive divinum sive creatum: Divinum, quatenus divina voluntas, quae cum ratione appetendi convenit cum aliis voluntatibus, quae fertur cum suis actibus ab intrinseco in obiectum cum praevia cognitione: creatum, quatenus voluntas creata est quaevis alia potentia appetitiva producens vitaliter suos actus, et fertur ab intrinseco in obiectum. Eodem modo colliges.

Eodem modo colliges in brutis voluntarium inveniri; nihil enim est in definitione, quod non possit actibus brutorum adaptari. Nec obstat quod haec vox voluntarium a voluntate, quae non adest in brutis, derivetur, quia per omnem accomodum modum, bene possunt nominari, quae ab alio derivantur, saltem significare. Colliges 2. si forte voluntas ferretur incognitum, daretur voluntarium, quia voluntarium, ut tale non solum includit operationes voluntatis, sed etiam operationes intellectus praevias.

4

Colliges 3.° si deus produceret actum voluntatis et constitueret illum in voluntate, licet verius probabiliter sentio denominaret illam volentem, non daret voluntarium actuale propter defectum influxus potentiae vitalis in actum. Ratio est quia, ut liquet, voluntarium fert ab intrinseco voluntas motum; ferri autem ab intrinseco in creatis dicitur operari ab intrinseco: ergo quandocumque deficit operatio ab intrinseco, deficit voluntarium sic, et nunc in voluntate. Sed recentes aliqui affirmant, quod cum ille actus constituat voluntatem actualiter volentem, habet quidquid requirit ad rationem voluntarii formalis, quod nil aliud est, quam forma huius denominationis.

Cum his non multum contendo, nam est quaestio de vocabulo; probabilissimum enim est per illum actum voluntatem actualiter constitui voluntatem, et consequenter videtur probabilissimum, quod per illum actum ferat ab intrinseco in obiectum, quia in praesenti datur vocis voluntarium, et ferri ab intrinseco in obiectum videtur significari productionem intrinsecam voluntatis, ideo diximus cum Pe Ripalda, tomo 3.° de ente supernaturali disp. 30. s. 14, illum actum non esse sic, et nunc voluntarium.

Colliges 4.° purum omissivum liberum voluntatis se exercere voluntarie, quia voluntas se suspendens libere ab actu circa auditionem sacri ut non exerceat actum possendo nihilominus audiendi, fert ab intrinseco in omissionem exercitii audiendi quasi eo modo, quo illa negatio libera actus audiendi est a voluntate

Voluntarius respu voluntatis.

Colliges 5. Pa

trē, et filium divino voluntarie producere Spiritum Sanctum, et amore divino necessarium Spiritum Sanctum procedat, quod voluntarium, ut tale ore abse importat, quod voluntas ferat ad intrinseco hunc obiectum quod quidem habet, sive amore liberum, sive necessarium. Colliges 6 ostendi ex iam dictis ratione beatos illo amore necessarium ex visione beata diligere voluntarie amare Deum, ac, ut vidimus, ratione sequenti voluntarium dividi in liberum, et necessarium.

Colliges 7o

non solum actus prosecutionis quos voluntas amplectitur obiectum sed etiam actus detestationis et fugae quos voluntas aversatur obiectum, esse voluntarios, cum eadem ratio militat in utroque genere actuum. Scrupulose tamen aliqui docent hos actus non esse dicendos voluntarios, sed noluntarios, quia per illos voluntas non vult obiectum. Hoc enim est dicto nomine multum curare, quia eodem modo possemus dicere potentiam quatenus est productiva horum actuum non esse appellandam voluntatem sed noluntatem, quare sola hac potentia abusive et simpliciter retinet nomen voluntatis ratione quorumcumque actuum quos producere potest sic omnes illius actus merito possunt appellari voluntarii.

Contra dicta

Finditur statutum Auctores possibiles nihil declaravi. 1o quia non declarat, quid sit potentia appetitiva sine ordine ad quam voluntarium definivi. 2o quia potentia appetitiva declaratur per ordinem ad voluntarium, ille enim potentia per ordinem enim ad actum quem producere

Potest, congruenter exponi. et rursus voluntarium in ordine ad potentiam appetitivam definiri; in hoc autem praeter quam quod libet nihil declarare, omittitur circulus vitandus.

Respondeo non esse inconveniens aliquod in definienda ratione voluntarii, quae reperitur in actibus per ordinem ad voluntatem, neque ibi hoc omittitur circulus quem intendit argumentum quia cum alioquin voluntas praesupponatur cognita prout ab intellectu [illegible] independenter a ratione voluntarii, recte possunt actus ratione voluntarii definiri per ordinem ad voluntatem. Potentia itaque appetitiva differt a quavis alia, et sufficienter definitur per hoc, quod sit productiva actuum consecutivorum et [illegible] obiecti. Quam definitionem in praesenti non curamus, quia non indagamus voluntatis definitionem; hac quoque definitione aliunde habita, quae non explicat voluntatem in ordine ad actus sub ratione voluntarii, in praesenti definimus voluntarium per ordinem ad voluntatem in quo non agnosco peccatum aliquod.

Caput Septimum
Utrum omne voluntarium sit volitum?

Ex dictis patet non de voluntarium debere esse volitum, quandoquidem ipse voluntas producendo amorem [illegible] excitatur ad amandum virtutis honestatem v.g., quin amet reflexe talem amorem, quod cognoscens quae narrata est et voluntas caret volitum, ponit bonitatem relucentem in virtute. Imo si cum toto rigore loquendum est, non est volitum omne voluntarium, nam quando amo Deum, non dir

+

Deus voluntarius, sed volitus per illum amorem.
Sustinenda tamen eiusmodi solutio: obiectum quod voluntatis communiter voluntarium appellatur satis denotatur ut a voluntario formali distinctum, ideoque dicitur voluntarium obiectivum.

Recentiores in aliquo dicunt omne volitionem esse vere et proprie per seipsam volitam, quam suffragatur Pater Suarez disputatione 1 sectione 2 de voluntario. Asserens actum voluntatis intra se includere quod sit volitus, neque intelligi posse voluntatem constitui volentem, nisi voluntario tendente in obiectum, quin virtualiter velit tendentiam ipsam. Confirmat ex optimus doctor, volitionem quamlibet esse virtualiter volitionem sui ipsius, non quod sit cum omni proprietate amor sui ipsius, sed quia realiter distinctionem deficit. Urgentius loquitur Caietanus. Quatenus ait primum actum elicitum a voluntate non esse voluntarium.

Insistendum est veritati oppositae et asserendum non esse necessarium debere recipi quod data conditione dissolutionis dicitur dari, si cetera requisita adsunt ex parte appetitionis. Sed haec conditio tantum quandoque reperitur, nam elicienda actus appetitus, neque ex parte cognitionis sufficientis ad operandum aliquid aliud requiri concurrunt; sed in hoc casu quando cognosse cognitio obiecti et veritatis non autem amabilitas actus non potest sibi reflectere supra seipsum quod sit volitus, quin sit cognitus: igitur dari voluntarium, quod non sit volitum.

Et ideo sufficit ut aliquis actus illum reflexivum supra seipsum terminum et in actu exercito, non vero formaliter, ex parte

7

Ost. in actu signato, q° vel sub hic tra assensu eedem
ac prie. obiecti et hoc contendimus in praesenti: vel sub
hic tri docet assevere ac prie volitiones, seu reflexam illa
dictas virtualis et implicita, quando quidem non distinguitur
actu a seipso: hoc autem in praesenti impugnamus: quia non
potest voluntas cum proprietate velle id, quod non fuit
cognitum cum proprietate ab intellectu.

Dissolvamus unum vel
alterum argumentum, ex quorum solutione veritas nostrae conclusionis
et reliquorum inefficacia deteguntur. Obiicies 1° omnis
affectus procedit a voluntate volente, quia est sponte productus;
nihil autem sponte producitur, nisi voluntas velit: igitur
omnis volitio est reflectens supra seipsam. Respondeo distinguendo
maiorem: omnis affectus voluntatis procedit a voluntate
volente seipsum affectum, concedo maiorem. Ad probationem vero,
quod si per spontaneum intelligatur id, quod est obiectum voluntatis,
sive quod fit a voluntate, ipsum, in hoc sensu
non est spontanea eiusmodi volitio; si vero per spontaneum
intelligatur id quod est voluntarium, admittimus spontaneam
eiusmodi volitionem.

Obiicies 2° omnis cognitio est
reflexa supra seipsam: igitur similiter omnis volitio est supra
seipsam reflexiva. Antecedens illud probatur duplici ratione: 1°, quia
cognitio facit seipsam praesentem potentiae, quare sibi sufficit et
non indiget alia cognitione ut cognoscatur. 2°.
quia omnis cognitio enuntiativa cum significat tempus
debet obiectum coexistere sibi: sed huiusmodi coexistentiam
significare non potest, nisi cognoscat extrema coexistentiae
et consequenter seipsam: igitur omnis cognitio enuntiativa reflectitur
supra seipsam. Consequentia vero probatur a paritate.

Resp. negando ant. Ad primam proba
tionem qua arguitur: ex majori indigentia cog
nitionis quae habita est cognoscatur; quod cognitio quae
specialis est indigebit cognitione distincta ut cog
noscatur: hoc autem non est verum semper et in quo eventu
quando non negamus posse cognitionem reflectere supra se ipsam et
videtur esse frequenter non reflectat; quod alibi [illegible] in
physicis dicimus. Dico 2o quod quamvis cognitio
propria faciat se ipsam praesentem potentiae non aliter facit nisi
quia [illegible] ductio sua, [illegible] se ipsam attingat.
Ad secundam probationem assero quod licet cognitiones enun
tiativae quae significant objecta constanter praesentia
[illegible] habeant aliquam reflexionem supra se ipsas
de quo in praesenti non curo. Hoc non convincit de cog
nitionibus aliis quae non significant eo modo. Ultimo dico
quod licet [illegible] illud ante de cognitionibus
nihil inferri de volitionibus quae [illegible] alia potest
id competere cognitionibus [illegible] non [illegible]
volitionibus.

Ad hanc doctrinam intelligendum est de
voluntario [illegible] aut libero, multos in [illegible]
me adversatur Pater Gaspar Hurtado. Nobis quidem solet
Doctores qui tractare de actibus humanis distinctum [illegible]
[illegible] semper voluntarium liberum esse [illegible]
propria volitione. Ratio nostrae doctrinae breviter est volun
tarium [illegible] necessarium ex eo quod proveniat ex detra
ctione [illegible] esse voluntarium. Contra doctrinam
Scoti Doctoris: igitur voluntarium liberum ex eo quod
proveniat ex indifferentia potentiae non mediante evidentia.
Probatur: quia indifferentia potentiae solum dicit pote
statem [illegible] et [illegible] sed illa
potestas non [illegible] cognitionem actus igitur neque volitio
[illegible]. Sed Doctoris expressa doctrina [illegible]
[illegible] rationem et [illegible] disputatione sequenti dissolvo.

Disputatio 2da

Divisiones voluntarii magna claritate explicantur.

Explicata iam natura et essentia voluntarii, in disputatione praecedenti, divisiones illius secundo explicandas, quod stabilimus in praesenti.

Caput Primum.

Dividitur voluntarium in liberum, et necessarium.

Radix actionum moralium, sive principium meriti, et demeriti, laudabilitatis, et vituperationis, est libertas, quapropter theologo morali nihil de voluntario narrando, multum vero de voluntario libero curandum est. Status ipsa libera cuiusque potestatis ad consensum in obiectum turpe v.g., et negationem consensus non quia sunt coniungere possit consensum, et negationem consensus, sed quia ita consentit, ut potuerit non consentire, et ita consentit, ut potuerit consentire.

Statuo 2do: pro libertate ut in actum 2dum procedat, petere aliqua requisita ex parte actus primi, sicut quilibet alia causa creata: petit enim concursum Dei assistentem, quod est operatio creata indeficiens ex parte actus; et praeterea directionem intellectus expostulat, et sic de aliis. Haec vero requisita possunt in duplici differentia excogitari, quaedam sunt talis conditionis, ut illa nequeat ponere libera facultas: quaedam vero requisita potest libera facultas procurare.

Hic tamen conclusio. Prima est: libera facultas ad consensum non potest dari sine actuali existentia omnium illorum requisitorum, quae non potest voluntas comparare ratione aut potentiae. Hinc ipsa non habet facultatem liberam ad consensum, quando non potest ponere consensum liberum, eo quando deficit aliquod ex suis requisitis pro

N potest ponere consensum liberum: ergo deficiente aliquo ex his requisitis potentia non habet facultatem liberam ad consensum. Et hic syllogismus est minimè evidens, cum requisitis sine requisitis non operandi libere potentia libere operaretur, requisita non essent requisita.

Secunda conclusio: Potest dari absolute, et simpliciter libertas ad operationem, quamvis actualiter non existant requisita ad illam, quorum existentiam potest voluntas comparare. Pono duplex exemplum, unum in naturalibus, alterum in supernaturalibus. Primum est: promittit sibi Medicus salutem corporalem dependenter a decisione venae, hanc relinquendo libere, sic homo vere dicitur absolute, et simpliciter salutem corporalem consequi, quia potest sibi libera facultas consequendi salutem corporalem. Secundum est: Praecipit sibi Deus ut diu a comparandam gratiam efficacitatem circa observationem mandatorum; hanc libere omittit gratiam efficacitatis consequendae, quando libere omittit observationem mandatorum, consequenter sibi est libera potestas consequendi efficacitatem gratiae.

Ratio a priori est: fundatur potentia libera ratione alicuius extremi, quando potest ponere, et non ponere extremum; sed in hoc casu potentia potest ponere, et non ponere extremum: ergo habet potentiam liberam ad illud. Probatur maior, quia et voluntas invenit non ponat operationem sine existentia requisitorum, cum possit libere ponere requisita, et deinde operationem, quae cadit absolute, et simpliciter sub dominium voluntatis. Sed motus progressivus est absolute et simpliciter rationabilis, licet dependeat ab actu efficaci voluntatis, qui non datur actualiter, quia voluntas libere potest ponere actum efficacem ex quo sequatur motus progressivus.

Statuo 3º: requisita quae immediate concurrunt ad operationem debere esse inadaequate determinata, cum quae possit concurrere. Utrumque extremum contradictorium concurrit, in vicem, et negatio concursus, libere

n. pot. liberi ad unum extremum est habere pot. liberi ad aliud. Facile prob. quia habere pot. liberi ad unum extremum est habere pot. qua potest poni et non poni hoc extremum; sed hoc est quod habens pot. liberi ad unum potest ponere aliud: ergo habens pot. liberi ad unum habet pot. ad ponendum aliud.

Statuo est inter requisita nra ad libertatem alia esse positiva, alia, nimirum, que positive influunt in operationem, alia vero esse negativa, hoc est, negatione alicuius impedimenti vel principii immate necessitantis et inferentis operationem, quod ponat independenter ab exercitio libertatis. Principium itaque huiusmodi necessitans, et [illegible] adducat ad operationem, non tamen adducit ad operationem liberam, asserimus [illegible] ut dico operandi licita et talis, inter requisita alia habere debet negationem huius principii immate inferentis operationem.

Statuo 3. inter requisita que positive influunt in operationem numeramus esse actum intellectus praecedentem ad [illegible] operationem voluntatis, qui debet esse indifferens hoc est talis, ut sub isto possit componi operatio voluntatis et negatio operationis. quia porro libertas sit quoad specificationem, et hodie ad actus oppositos, ut amoris et odii, debet proponere voluntati bonitatem et malitiam aliquam, ut retrahentem voluntatem; libertas sit solum quoad exercitium, ut scilicet ad amandum et non amandum requiritur in cognitione, quod non ponat evidenter voluntatis summam rationem boni, nec convenientiam defectum in talis amoris exercitio.

Ratio est evidens. Facile prob. quia posita cognitione evidenti de summa bonitate obiecti, si cum de non ponat convenientiam aliquam in [illegible] stancia ab amore voluntas non potest suspen

suspendere

Suspendere amorem, quoniam nullus ponit motivum ad suspendendum, et evidentia illa, ergo illa quae absolute requiruntur ex parte cognitionis etiamsi certa, et contractionis. Dicitur ex amore beatifico, qui ideo necessarius est tamquam ad specificationem, quam quoad exercitium, quia evidenter ponit visionem beatam summam Dei bonitatem, nec convenientia aliqua in suspendendo amorem occurrit voluntati.

Colliges etiam non requiri ut cognitio illa non sit indifferens sive ut necessitet voluntatem nimirum, quod sit evidens et obiecti summe boni, quia licet sit evidens de obiecto non summe bono evidentissima est non necessitare voluntatem: rursus si sit obscura de obiecto summe bono, non necessitat voluntatem, ut contingit in viatoribus omnes libere amantibus divinam bonitatem in quantum cognitionis dat locum, quod ponat convenientiam in suspendendo amorem, imo licet daretur cognitio de summa beatitudine clara summi boni in sacrista iuxta Patrem Basquez. Sic dispositus non ideo necessitaret voluntatem quoad exercitium amoris, quia posset poni voluntati convenientia aliqua in suspensione amoris.

Caput 2dum

definit Liberum et necessarium, et obiectiones aliquas dissolvunt.

Plures quaestiones et difficultates circa liberum reperiuntur apud Theologos et Theologis: nos autem illas relinquendo solum praemittimus, capite praecedenti, quae naria indicationem ad intelligentiam principia et voluntarium liberum. Primo ex veteribus physicis

Theologia sic definitur: potentia libera est facultas, quae positis omnibus ad operandum requisitis potest operari vel non operari. Videatur Pater Ruiz de Montoya tomo de voluntate Dei, disp. 4, et 11, sect. 1, et disp. 39.

Ista definitio est recens[illegible] magistri [illegible] definitum, quia eius dis[iun]ctiva illa non sufficienter discriminat potentiam liberam a necessaria, quandoquidem causa necessaria convenit quod positis omnibus requisitis potest operari vel non operari. Ratio est, quia de potentia illa, quae positis omnibus requisitis necessario operatur, verificatur quod potest operari vel non operari, sicut de hoc albo necessario verificatur quod vel sit album vel non sit album. Rursus particula illa disiunctiva vel sumitur pro parte vel pro una parte. Si sumatur pro parte, definitio facit hunc sensum: unum saltem ex extremis contradictoriis potest ponere potentia libera, quod est tradit[ur] conveniens[illegible] ceptis libertatis. Si sumatur pro una parte ad hunc sensum: unum saltem ex illis contradictoriis potest ponere potentia libera, sed hoc convenit [illegible] necessariis: [illegible] etiam.

Ideo dicunt definitionem sic liberi consultatio debere tradi de hoc pacto: potentia libera est, quae positis omnibus requisitis potest operari et non operari. Iam hanc definitionem impugnant dicentes assertores, quia vel particula et denotat quod pro eodem instanti possit potentia libera operari et non operari, hoc autem est impossibile, quia pro eodem instanti non potest componi operatio et negatio operationis

Ut sic demonstrat, quod, si advenit instantibus potuit operari, et non operari: hoc autem sit causa necessaria non est.

Facile componuntur Dicta Magistri, quando ad unicum tradit definitio libertatis, ac sunt assertores adiuncti particula, vel pro ac alterutrum ita ut definitio aptat hunc sensum, alterutrum ex extremis contradicentibus potest ponere potentia libera sub omnibus requisitis, quod aliquod non convenit causae necessariae, quae sibi potest ponere alterum: quando vero copulative traditur definitio libertatis, dicunt recentiores non esse necessarium pro eodem instanti simultatem actus, et negationis, sed sufficit simultatem potentiae, hoc est, quod sicut potentia libera potuit actum in hoc instanti, potuit ponere sub eisdem requisitis non actum, quod non sit causa necessaria, et consequenter Dicta Magistri inter se divenit convenire.

Alii instituunt non esse ponendum in definitione particulam illam sub omnibus requisitis, sed sub omnibus antecedentibus, quia si intra requisita ponatur principium aliquod necessitans, non erit libertas: ergo potentia sit libera, et nunc non debet indifferentia sub requisitis, sed sub omnibus antecedentibus. Facile verum, quia quamvis, ut sua operatio producat debere habere negationem impedimenti; quare cum potentia libera sit disponenda simplex extremum, si habeat principium necessitans alterum, non potest hic et nunc ponere alterum, et consequenter inter requisita potentiae liberae numerari debet negatio principii necessitantis. Unde bene definitur potentia libera, quae sub omnibus requisitis potest ponere unum, et aliud.

Alii dicunt has definitiones

non esse adequatas quia conveniunt habitui, qui potentia liberante habitus quippe est potentia quae positis omnibus requisitis potest operari et non operari. Quod si dicas habitum non esse determinare ad operandum et non operandum, sed voluntate, quapropter voluntas, non vero habitus est potentia libera. Et eo quod in definitione, ut dicunt, debebat verba aliqua quae significarent hanc determinationem, ideo dicunt potentiam liberam esse, quae ex se positis omnibus requisitis possit operari, et non operari, vel quae positis omnibus requisitis potest se determinare, et ad operandum et non operandum. Nos autem, ut liberemur ab his argumentationibus quae fieri possunt contra has definitiones potentiae liberae: illa est potentia libera, quae positis omnibus requisitis potest se retrahere ab operandum, et non operandum ex actu ad quod habet habilitatem. Haec definitio, quoad substantiam non discrepat ab illa Recentiorum inducta. Comparatio habent ... et determinatis. Potentia naturalis est quae positis omnibus requisitis non potest se determinare ad operandum et non operandum etc. Hinc colliges voluntatem liberam esse voluntas, quod convenit a potentia habenti huiusmodi indifferentiam. Voluntarium vero naturale, quod convenit a potentia habenti huiusmodi determinationem.

Obijcies primo: potentia naturalis positis omnibus requisitis potest non operari: ergo non valet discrimen inter potentiam naturalem a libera. Antecedens probatur in habitu, qui potentia naturalis est. Nec responderi potest habitum determinari a voluntate non vero e converso, quia haec determinatio voluntatis nihil aliud est, quam actus eius, sive operatio eius a voluntate. Videtur quod voluntas per operationem sive actionem eius determinatur sic habitus per

Deinde sic arg° contra.

Respondet concedendo
ant. in causis subordinatis alteri, negando
cons. quia iuxta nostram definitionem causa libera
se determinat, non autem habitus, quia causa libera est
cuius ratione potentia illa se determinat, quia vult concurrere
sive quia ponendo illum: habitus autem non concurrit non
eneque vult, unde quod haec operatio non tribuitur ha
bitui sed voluntati. Voluntas est quae se determinat.
Habitus autem quandoque rapit a voluntate, et habitus
non rapit voluntatem absentem, unde quandoque vol
untas est quae se determinat, non vero habitus.

Obicies 2do:
in eo instanti, in quo voluntas operatur determi
natur ad operandum: ergo in eo instanti non est indi
fferentis, et consequenter neque libera. Respondeo di
stinguendo ant., determinata est ad operandum determinatione
libera, concedo ant., determinatione naturali, nego ant.
Per determinationem naturalem intelligo determinationem ante
quam [illegible] habet ignis ad comburendum, haec opponitur
libertati: per determinationem liberam intelligo po
tentiam unitam [illegible] ex extremis, quae potest esse
potentia libera, haec non tollit libertatem, immo exper
imentum eiusdem libertatis.

Obicies 3: non est impossibile
de voluntate esse cum operatione aut non operatione:
ergo non bene definitur potentia libera. Antecedens probatur,
voluntas non potest se suspendere ab [illegible]
[illegible] [illegible]: ergo non est impossibile voluntatem
esse cum operatione aut non operatione
Respondet, quando dicimus potentiam liberam esse po



Potestate ad utramque partem contradictionis; verum dicimus quod potestate ad suspendendum se abstrahendo a contradictione, quia ad hoc numquam se potestas in voluntate, quapropter quoad hoc omnes conveniunt causa libera, et necessaria; dicimus quod causa libera habere potestatem et dominium super utrumque extremum contradictionis hoc est actio quod quodvis extremum ita complectatur voluntas, ut potuerit non amplectendo ponendo aliud.

Caput Tertium

Aliqua Dicta de Libertate.

Certum est, causas liberas, quae indifferenter ad operandum, et non operandum se determinare potius ad operandum, quam ad non operandum, quod non habent causae pure quae non se determinant, sed determinate sunt ad operandum. Difficultas quae est, quomodo causa libera se determinet, quae determinatio huiusmodi determinatio non potest esse ex parte actus primi qui de se subeo coniungibilis est operatio, quam negatio operationis; si autem haec determinatio se teneret ex parte actus primi, non esset coniungibilis idem ille actus primus cum determinatione ad non operandum; ex alia vero parte haec determinatio non potest se habere ex parte actus secundi, nam cum determinatio sit ad operandum, ante operationem debet esse posita determinatio.

Primo non plena satisfaciunt qui dicunt causas liberas se determinare reducendo se de potentia ad actum: causae enim naturales se reducunt de potentia ad actum; neque tamen habent determinationem causis liberis competentem, et consequenter aliquam specialem assignandam est, ratione cuius causa libera potius eligat operationem, quam non operationem praeter hoc, quod debet se reducere de potentia ad actum, quod quidem omnibus causis

hoc e?

Secundo n. satisfaciunt Thomistae asserentes determinationem causae liberae consistere in eo, quod praedeterminentur a Deo ad operationem libere exercendam. Primo, quia determinatio causae liberae excludit determinationem ab alio; haec n. determinatio ab intrinseca pot. liberae, non autem ab alio, quod a Deo immittitur. Secundo, quia implicatio est dicere, quod praedeterminentur a Deo ad operationem libere exercendam, cum praedeterminatio tollat, quod operatio libere exerceatur, sicut si quis diceret Deum producere frigiditatem in aqua animo faciendi calidam, in quo casu revera aqua frigida esset, si haberet frigiditatem productam quocumque animo produceret.

Tertio n. satisfaciunt alii ex Thomistis asserentibus hanc determinationem consistere in eo, quod pot. indifferenter ex parte cognitionis mutetur ad operandum, et non operandum, et aliunde praedeterminetur ad operandum. Ratio est, quia si voluntas indifferenter a cognitione movetur, si non habeat praedeterminationem ad operandum, non libere operatur iuxta principia Societatis; ergo non sufficit eiusmodi indifferens incitatio cognitionis, et revera requiratur.

Quarto n. satisfaciunt omnes alii, qui ex parte actus primi ponunt necessariam determinationem voluntatis virtualiter distinctam. Primo, quia omne quod requiritur ex parte actus primi in causa libera est indifferens ad utramque partem contradictionis, et sequitur in quolibet casu; impossibile ergo est determinationem aliquam ex parte actus primi. Quo [illegible] modi determinari[?] velle operationem aliquam voluntatis, velle ipsam[?]

Voluntas, si est operatio aliqua voluntatis, vel actus secundus, et de hoc nunc inquirimus, quomodo ad illum fuerit determinata voluntas. Si est ipsamet voluntas, haec est omnino indifferens, et consequenter nullo modo determinata.

Quinto non satisfaciunt, qui de tractatione liberae voluntatis asserunt actum liberum voluntatis esse vere et proprie volitionem sui ipsius, inter quos est Pater Ribadeneira citatus, dicens, quod non requiritur, ut actus sit liber volitio sui ipsius. Ratio est, quia posita cognitione indifferenter proposita bonitate et malitia, quod cum ... potest voluntas se flectere in partem, quam maluerit. Sed in hoc casu non amatur ... quia suppono praecise fuisse cognitam obiecti bonitatem: ergo ... quod omnis actus liber voluntatis ... volitio reflexa sui ipsius.

Doctorum ad duo possunt reduci. Fundamenta huius. Primum est, quia actus immanens liber est actus, quo voluntas determinat libere ad ipsum; sed se determinare libere ad ... est ipsum velle, et electiue praeferre opposito: igitur actus immanens liber est actus, quo voluntas ipsum ... vult, et electiue praefert opposito. Confirmatur: non potest voluntas se determinare ad operationem externam, nisi talis operatio cum bonitate proponatur: igitur neque ad affectum internum, nisi talis affectus cum bonitate proponatur; sed e contrario amatur a voluntate, quando ... ponit: igitur omnis affectus liber amatur a voluntate.

Secundum est: agentia bruta, et intellectualia, conveniunt in eo, quod sicut intellectualibus

Quod sicut intellectualibus proponit motivum inducens, et amoris, et motivum retrahens ab illo, ita brutis per sensationem aliquod sensibile bonum, inducens ad appetendum, et aliquod motivum retrahens ab appetitione: conveniunt ergo in eo, quod sicut agentia intellectualia habent appetitiones naturales spontaneas, ita bruta habent appetitiones naturales spontaneas. Differunt autem in eo, quod bruta non habent appetitiones spontaneas liberas, intellectualia vero habent suas volitiones liberas, cuius discriminis nulla alia ratio esse potest, nisi quod intellectualia se detrerent ex dominio libertatis reflectendo se supra proprios actus interiores.

Respondetur ad primum ex dictis actum immate liberum, quo voluntas se detrahit non esse contrarium, neque electivum ipsius, neque id requiri ex conceptu libertatis: quando enim voluntas libere producit volitionem, ei datur electio inter obiecta amandi, non vero inter actus, quo amandi est, cum in indifferentia et potestate ex parte voluntatis tam ad amandum quam non amandum. Ad 2 gravior responderetur disparitatem esse claram, quia voluntas habet, non potest incooperationem externam, tamquam in libris, ut revera est, oppositam aut incognitam; vere non potest producere cooperationem in externam sine cognitione et amore eiusdem. Ad 2 similiter respondetur discrimen inter agentia bruta et intellectualia non esse positum in eo quod contendit argumentum, sed in in differentia, qua habent intellectualia non bruta.

Dices, respondetur, cuius definitionis dico per detractionem causae liberi, ex eadem detractione ab...

cum a detractio, quae est omnino a se implicat, quod
ab alio fiat, praesertim ab agente libero; tunc enim
omnis detractio ante actum secundum operationis, quia
sit incompatibilis cum negatione operationis, proinde evertit
vim libertatis; ex quo non sequitur, quod detractio in causa
libera non potest habere prioritatem aliquam ad detractionem.
Licet enim statim simul detrahi causam, et poni rationem, et detractio-
nem, ut iam dico.

Dico 2° detractionem causae liberae adaequate
variam importare, quia a se procedit ex distinctis rationibus ad
utramque partem contradictionis inclinantibus, et exclusis
prius inclinantibus potius ponat operationem, quam non ope-
rationem. Ideo enim libere detrahit causa libera, quia
vult; vult autem ponendo potius volitionem, quam
eius negationem. Haec relinquitur ex refutatione aliarum
satis roboratur. Haec sufficiant de voluntario libero.
Hic omitto quaestionem illam, quomodo sit effectus volunta-
rius liber, an necessarius. Quod pater utilius est ad nos-
trum institutum.

Caput 4°

De divisione alia voluntarii.

Post divisionem actus voluntarii in liberum et necessarium,
primo alio modo dividitur in voluntarium formale et causale,
vel obiectivum. Formale est ille actus voluntatis elicitus,
qui constituit illum formaliter volentem vel nolentem, de quo
satis diximus disputatione prima. Causale est, quod proce-
dit a voluntate de transeunte exercita eius per aga-
mor. Unde si Petrus auferat manum Francisci
clerici, Franciscus non incurrit ex-
communicationem, quia licet actio illa sit causaliter volun-
taria a Francisco, quandoquidem non detrahit ignis

~~[illegible]~~

Quo tertio genus omnis.

§. Voluntarium obiective est, quod voluntarie amo et huiusmodi. Ita accipe ratione dixi 1° cap. 3° magister noster ad 3 Sod.

In dubium solet revocari a nostris authoribus voluntarium obiective quando illud amplectatur voluntas per actum efficacem an sufficiat quod per inefficacem quae dici solet velleitas. Certum imprimis est, quod si per actum efficacem voluntas illud amplectatur recte dicetur voluntarium appellari. Si per actum inefficacem, non videtur in rigore attrahi dici voluntarium, quia actus rationatus per se obiectum rationis dicitur esse aliud.

§ Per simplicem complacentiam. Cum dicimus respondendum est, voluntarium obiectivum posse in triplici sumi, quod obiectum voluntatis, obiectum simplicis complacentiae potest appellari voluntarium. Si vero per voluntarium obiectivum intelligamus quod praeter esse obiectum voluntatis est aliquid aliquo dependentia a voluntate. In hoc sensu obiectum simplicis complacentiae non est voluntarium, quia simplex complacentia nullam efficaciam vel influxum exercet in obiectum.

§ Alia divisio est in voluntarium directum et indirectum. Directum est, quod in se ipso amatur immediate vel mediate, ut cum volo medicina ad consequendam sanitatem, tam sanitas, quam medicina sunt directe voluntaria. Indirectum est quod potuit voluntas impedire et non impedivit, verbi gratia, quando video ignem appropinquare ad domum comburendam, non

medio incessum, cum potuisset extinguere, indi-
recte sibi voluntaria est combustio domus. Aliqui
vocant voluntarium indirectum, quando voluntas
per purum omissionem se exercet. Meo tamen iudicio
licet voluntas possit exercere directe cum liber-
tate per actum positivum vel per omissionem, utrumque est volun-
tarium directum et verum voluntarium.

Alia divisio,
voluntarium et involuntarium in se et in causa.
Voluntarium in se est illud, in quod directe fertur
voluntas. Voluntarium in causa est ille effectus
in quem voluntas directe non fertur, fertur tamen in eius
causam, ut patet in eo (verba sunt divi Thomae)
qui voluntarie inebriatur. ex hoc enim quasi volun-
tarium ei imputatur, quod per ebrietatem committit.
Requirit voluntarium in causa iuxta Patrem Basi[lium]
prima 2dae, disputatione 107, capite 3, ex quo desumpsit Pater
Thomas Sanchez in Decalogum, capite 16, quod dominus
videat causam, et connexam cum effectu ideoque prudenter
et rationabiliter iudicatur ab eo homine amo-
ri effectum qui causam adhibet cum eo connexam, cuius
connexionem non ignorat.

Alia divisio hominis involuntarium
formale, et virtuale. formale accipit pro volitione actu
actualiter, et obiective existenti. virtuale pro volunta-
te virtualiter permanente eo modo, quo in tractatu de
sacramentis huiusmodi perseverantiam virtualem
explicuimus. Aliqui explicant hanc virtuali-
tatem, ut supponimus notavimus, pro hoc quod fuerit posi-
ta voluntas, nondum tamen sit retractata, de qua
latius diximus in tractatu de peccatis. Ubi Thomas

Ob servandum est, quod in sacramentis tractatu dicemus, hanc voluntatem moraliter perseverantem eo genere perseverantiae moralis nimirum, quod fuerit posita, non tamen retractata, non sufficere ad recipiendum, et sufficiat ad recipiendum Baptismum Absolutione etc. Videatur Pater Castro Palao tractatu 2, disp. 5a, puncto 2.

Alio modo explicant alii voluntarium virtuale. Dicunt scilicet esse idem, quod voluntarium interpretativum. In qua acceptione voluntarium virtuale est, quod est a voluntate per volitionem actualiter, et expresse existentem: interpretativum vero, quod est a voluntate per volitionem praesumptam. Duplici vero potest aliquid fieri ex voluntate praesumpta. Primo, quando tales occurrunt circumstantiae, ut prudenter iudicetur, quod si hae proponerentur illi, cuius debebat consensum praestare, procul dubio consentiret. V. g. si Petro absente accipiam ego Librum eius, quo maxime opere indigeo, usus talis Libri erit ex voluntate Petri mei amici, non quia aderat in illo voluntas actualis, sed quia procul dubio haberet, si hae circumstantiae illi proponerentur.

Secundo, quando a superiore praesente petit subditus facultatem accipiendi pecunias ab amico: superior autem tacite proponens eam negare neque expresse negat, neque expresse concedit. Tunc hic casus praesumitur superiorem consentire iuxta regulam iuris: qui tacet, consentire videtur. Dari dicitur omnino in utroque casu, quia non praesumitur actualiter adesse in illo voluntate, quod ego utar eius Libro, sed praesumitur habiturum esse si sic cum

Sic cunctis illis ponderent. In hoc casu praesumitur superiorem dare petitam facultatem.

Ubi magnopere notandum est, quod ad exercendas actiones illas, quae ut licitae fiant, aliud non petunt quam fiant non invito domino sufficit consensus ille praesumptus, qui esset, si circumstantias ponderent. Sed ad exercendas vero actiones illas, quae ut licitae fiant, petunt positivum consensum et voluntatem alterius non sufficit voluntas illa praesumpta, quae esset si circumstantias ponderent etc. Exemplum est manifestum. Iudicet quis probabiliter, quod si ab Episcopo petat facultatem audiendi confessiones, illam sine dubio esset obtenturus, non potest ex hac praesumpta voluntate confessiones audire; requirit enim ad has actiones positivum Episcopi consensum. Caeterum si Episcopo praesente quis diceret se accedere ad audiendas confessiones, et Episcopus taceret, potens quidem facile eam facultatem negare, non negaret, posset licite audire confessiones, quia iam prudenter iudicat possidere consensum in Episcopo.

Dividitur deinde in voluntarium imperans et imperatum. Illud est actus voluntatis, qui exercetur per imperium respectu alterius, istud vero est actus, qui positivo alterius imperio resultat. Rursus dividitur involuntarium perfectum et imperfectum. Primum est, quod procedit a perfecte cognoscente, secundum, quod ex imperfecta cognitione oritur. Unde motus primo primi imperfecte voluntarii dicuntur quia non datur plena deliberatio ex parte intellectus. Aliis placet hanc divisionem subalternis terminis proponere: voluntarii pleni nimirum, et semipleni, quae a plenitudine et semiplenitudine

Cognitionis desumitur.

Disputatio 3
De voluntario directo omissionis.

Postquam voluntarium divisimus de quo de quo in illius divisionibus agendum est. Incipiamus a voluntario directo omissionis quamvis a pluribus doctoribus voluntarium indirectum appelletur, cum in 2a nostra sententia tam directe possit sua libertate exercere voluntas ponendo actum positivum, quam omittendo quemcumque actum circa obiectum, non incongrue voluntarium omissivum directum appellamus.

Caput Primum.

Plures apud nos sunt statuta supponuntur. Intra extra vel pecatis, dico 1 statuimus possibile esse omissionem puram liberam voluntatis. Primo ex libertate contradictionis, quam homo habet ad opperandum, et non opperandum actum internum positivum amoris, ille quae libertas cum inter duo extrema contradictorie opposita vertetur, fit, quod homo ita possit amare ut ponere possit negationem amoris, quod est pure omittere. Itaque ex vi huius libertatis homo possit non amare, non solum ponendo actum positivum nolitionis, vel amandi, sed etiam supponendo quemcumque actum, quod est exercere se per purum contradictorium amoris. Secundo probatur illud, quod quoties circa unum contradictorium est mihi liberum, alterum debet esse mihi liberum. et quotiescumque est mihi impossibile unum contradictorium, alterum est mihi necessarium.

9

Respondent adversarii Verum esse principium illud, caeterum quando homo exercet suam libertatem non amando, non se exercet per puram contradictionem amoris, sed per hoc, quod per alium actum positivum incompossibilem cum amore, qui fundatur in voluntate, revera non datur amor, datur vero simul aliquis actus positivus, per quem libertas exerceatur. Contra est primo, quia si Deus neget concursum ad illum actum positivum incompossibilem cum amore, ut revera potest sine contradictione, determinorum, dabitur libertas perfectissima contradictionis inter amorem, et non amorem, et consequenter possibilis erit saltem in hoc casu pura omissio libera.

Confirmo denuo hunc discursum. Si potes esset, quod potentia libera se exerceret inter extrema pure contradictoria, daretur perfectissima libertas in ratione libertatis contradictionis quod quidem negari non potest, quando quidem potentia positis omnibus requisitis ad operandum et non operandum sit huiusmodi ... attendendo esse libera, aliquando de facto datur contradictio ... quia dictum urgentissimo fundamento non continentur ... est propositio libera, quae ... plurimis imperfectionibus abundare ... habere quod essentialiter constituit libertatem contrarietatis, et contradictionis

2° ex eo quod multae purae omissiones liberae de facto exerceantur a voluntate voluntas

potens am

Iserus amor electionis sufficientis divino expositum
illy amat intendendo eius actio, libere sive omittendo
ad verbos vel gradus intensiores, quos producere
reperat; quare sicut potest dari pura omissio
libera illorum graduum intensiorum in amore, ita
potest dari pura omissio libera unius a modo actus
quo ad totam ipsius substantiam.

Quod si dicas tunc
habuisse voluntatem possibilem actum intensiorem aman-
di intensiorem et qualitatem. Respondeo exper-
rimento et sine fundamento ad hanc solutionem
confugies. Illius ex nostris principiis sic illa
dictio falsitatis redarguentis. Necessarium est,
quod quando voluntas libere amat, det intel-
lectus reflexionem facti, interiori voluntatis li-
beram, quae ad illud obiectum propositionem, quanta est ex parte intentio-
nis et quantitatem requirit ad amandum libere:
igitur ut intellectus non cognoscat intensionem et vel
ut deest in actu voluntatis, non potest voluntas
habere actum possibilem intensiorem amandi inten-
sione, et qualitatem; quia nil volitum quin praecognitum.

Neque arguit dictum
amotivo, quod debet habere voluntas interior
dictio sui libertatis aliquid urget, quia neces-
sarium non est, quod voluntas, quando cumque exer-
cet sua libertas tendat in possibilem actum in
motivum dependentem a quo operatur. Suffi-
cit enim quod intellectus proponat invitandi
voluntatem ad omissionem, quod exemplo collatori
beneficii pro certo ab inimico facto movendi
voluntatem ad remunerationem explicitum, quam

Beneficium collatum ex se est quod ... amari mo deberetur collatum, movet in adeo voluntate remuneratio. Docuimus deinde ocasione cuiusdam argumenti puram omissionem liberam esse voluntariam quod ex nostra doctrina clarissimum est quidquid enim est liberum voluntarium est. Nec obstat omissionem ... carentiam actus positivi non esse productam a voluntate, quam productionem videtur exigere voluntarium, quia voluntarium est id, quod fertur ab intrinseco voluntas in obiectum media cognitione, fit quod cum voluntas sanc omissio ... intrinsece et libere possit ferri in omissionem externam, habeat etiam in ... omissio, quam ratio voluntarii requirit. Unde non ... voluntarium debet esse productum ... sufficientia productione, sed sufficit, quod ... voluntarium ... negativum a voluntate.

Unde si Petrus habeat obligationem gubernandi navem in illo periculo constitutam, et removendi ignem ab illa domo, cui est applicatus, facile intelligitur quomodo submersio navis, et combustio domus, voluntariae sint Petro quod efficaciter confirmatur ex dictis in hac disp. cap. 4 ubi docuimus, quod quoties datur obligatio non ponendi aliquid, ex quo praevidetur sequuturum peccatum alterius, voluntarium sit alterius peccatum ponenti causam illam, vel occasionem, ut aliqui explicant intrinsece non habet differentiam. Secunda conclusio est si non detur obligatio vitandi illam omissionem effectus deinde sequtus non est cum omni rigore voluntarius omittenti, aliqualiter tamen, et in aliquo sensu, dici potest omittenti voluntarius; in eo nimirum sensu, quo supra disp. 1 cap. 4 voluntarium indirecte explicuimus, ubi diximus tunc dari, quando voluntas potuit impedire, et impedivit; et posuimus hoc exemplum, quod nunc prae manibus habemus. Observandum est, quod quamvis appellemus aliqualiter voluntarium hunc effectum, quando nulla datur obligatio, numquam dicendus est voluntarium absolute, et simpliciter sine ullo addito, sed semper dicendum voluntarium cum illo addito restringente indirecte sive aliqualiter.

Probatur prima conclusio ratio ex Patre Suarez. ad voluntarium directum cum omni rigore sumptum requiritur, quod sit in po-

e inte vel in alio; sed hoc non reperio, quando
est dan obligatio et veniat auxilium ratione summer
gendae, vel domus comburendae: igitur nullo modo
esse ibus secutus voluntarius est cum omni rigore omi
ttenti, auxilium. Imo minus non est dissentias de volun
tario inte, quando aliquis et hic non vult summersio
nem navis, et combustionem domus positivum ac in omnio
rationis ad hoc obstantia.

Quapropter probat minor
de voluntario in alio: summersio illa navis, et com
bustio domus non procedit tamquam a causa ab illa o
missione, sed causant hi a violentia ventorum et
ab igne applicato tamquam a causis proprie, et cum rigore
influentibus. Cum enim omissio illa sit quid ne
gativum non potest in effectum positivum physice influe
re: igitur summersio navis, et combustio domus non sunt
voluntarie in omissione cum toto rigore, tamquam voluntarium
in alio. ac proinde sunt absolute et simpliciter vo
luntarie ab voluntarium cum toto rigore intelligimus
in quod voluntas influit, vel immate dictando
ipsius existentiam, vel mate aso dicando causam produ
ctivam.

Probatur secunda pars conclusionis, nimi
rum effectum illum aliqualiter esse voluntarium ratione
omittentis. Ratio est quia eius modi omissio auxilii
voluntaria est omittenti, et ex illa cum ratione necessario
sequitur eventus positivus: igitur si succedat praevisio
eiusdem eventus habet id quod sufficit ad aliqualiter vo
luntarium. Confirmatur ex communi loquendi modo, dicimus
[illegible] et in [illegible] [illegible] non
[illegible] omittat [illegible] [illegible] dicunt

Hoc illum voluntarie per illud ergo, licet nullum interveniat praeceptum de accedendo ad ignem. Vide exempla alia ex dictis, quae quisque facile invenire per se potest.

Confirmatur iterum: se habere erga effectum praecise non impediendo existentiam eius sufficit ad voluntarium indirectum, quod aliqualiter et vulgo liberum vel voluntarium dici; quod eventum ille sociis ex illa omissione secutus in aliquo sensu voluntarius dici potest. Antecedens probatur, si proiiciens sagittam dubitet an sit canis, an lupus, qui latet inter arbusta, et negligendo maiorem inquisitionem occidat canem, quem vehementer amabat, ignorantia illa, posita communi loquendi modo, dicitur causa occisionis canis, quae solum quae solum concurrit non ponendo scientiam, quae impedivisset occisionem canis, sicut omissio Petri concurrit in combustionem non infundendo aquam, quae combustionem domus impedivisset.

Caput 8.

Obiectiones in contrarium.

Obiicies primo: combustio, quae procedit ab igne, voluntaria est absolute, et simpliciter in genere causali applicanti ignem domui: ergo et qualiter voluntarie est non removenti ignem a domo, quia non minus conducit ad combustionem domus non removere ab illa ignem applicatum, quam ignem admovere. Respondeo omittendo, quod aequaliter conducat ad combustionem domus applicare ignem, et non removere ignem applicatum, negari tamen non potest, quod diversimode concurrat applicans ignem, et non removens ignem applicatum. Ille enim concurrit positive ad

possit, vel adiuvans, et detrahens physice ex suis ad combustionem, sic vero tamquam non impediens causas aliunde combustionem executuras. Una est, quo alia sit voluntaria combustio domus absolute et simpliciter, altera vero solum indirecte et minus proprie.

Dices 2° non impediri combustionem est ponere combustionem: igitur vere et proprie non impediens est ponens combustionem in vera natura. Sed qui ponit combustionem in vera natura est vera et propria causa combustionis: igitur vere et proprie non impediens est vera et propria causa combustionis, et consequenter tamquam voluntaria est combustio physice concurrenti, quam non impedienti combustionem. Respondeo dupliciter accipi potest non impediens. Primo pro eo, qui facit rem physice existentem in rerum natura. Secundo pro eo qui quamvis est extra, non ponit obstaculum existente re. Qui se habet primo modo, physice causat, et consequenter illi absolute et simpliciter voluntarius est effectus: qui vero se habet 2 modo non causat, sed praecise non impedit causam rem aliunde destruturas et consequenter illi non est absolute et simpliciter effectus voluntarius, sed solum indirecte, et minus proprie. Sed solum indirecte et minus proprie voluntarius, sed solum indirecte, et minus proprie.

Dices 3°: ponens impedimentum ad combustionem est causa, ut absolute et simpliciter non ponat combustionem: igitur non ponens impedimentum ad combustionem est causa, ut absolute et simpliciter existat combustio, et consequenter non ponenti impedimentum voluntarius erit absolute [illegible]. Respondeo [illegible] accepimus [illegible]

Si ecum ponente impedimentum ad combustionem proveniat aliud ratione cuius vere est proprie voluntarium huiuscemodi illius, tamen non combustionem, non ponendo vero impedimentum, neque ponere actionem exclusivam effectus, neque in alia causa est ius, quae consistere est mirum, quod dictum sit proprie voluntarium, licet combustio sit vere non sit combustio proprie voluntaria.

Obicies 4.: eo ipso quod Petrus potest impedire combustionem domus libera illi est cum toto vigore domus combustio; id quia quidem cum toto vigore liberum voluntarium est absolute et simpliciter: ergo voluntaria est absolute et simpliciter domus combustio Petro non impedienti combustionem. Probatur maior: potestas est in potestate libera Petri comburi domum, et non comburi: sed haec potestas est in potestate libera Petri libera est Petro: ergo eo ipso quod Petrus potest impedire combustionem domus libera illi est cum toto vigore combustio domus. Hoc argumentum probat Deo cum toto vigore voluntaria esse nostra peccata, quod nullo modo asserendum est: quia eo ipso quod Deus potest impedire nostra peccata, ipsa illa sunt cum toto vigore sub potestate libera Dei, ut contendit argumentum.

Respondeo liberum dupliciter accipi: primo negative, pro eo nimirum quod non est necessarium, sive pro eo quod est contingens. Secundo positive et contra [illegible], pro eo nimirum, quod procedit a voluntate libera via causalitatis. Combustio illa libera quidem est Petro negative, sed potius contingenter coniungit cum Petro. Cum deprocedit a voluntate primo illo modo non est absolute, et simpliciter

liberu, et voluntariu, quia nulla ibi in illa est actio, et voluntas. Quod autem secundo modo dicatur liberu, et voluntariu est absolute et simpliciter. Unde, neque illa combustio liberae, et voluntaria Petro absolute et simpliciter, neque nostra peccata Deo. His, et aliis similibus argumentis probare eventus istos futuros esse voluntarios cum tota proprietate respectu omittentis impeditionem, ad unico verbo est nostra doctrina respondetur, quod licet illi nascantur ex causis aliunde applicatis non oriuntur ex voluntate omittentis causaliter, ac proinde non sunt illi rigorose voluntarii.

Dices 5. Approbandum, neque vulgariter et in aliquo sensu eventus illos ex omissione secutos posse appellari voluntarios, nisi detur, ratione volitionis illius omissionis. Deus potest impedire nostra peccata et non impedit, sicut Petrus potuit impedire combustionem domus; sed sicut Petro vulgariter et in aliquo sensu voluntaria est combustio domus, sic Deo erunt voluntaria nostra peccata. Ret. bene posse dici Deo voluntaria nostra peccata esse permissive. Nam ut observat noster Ruiz de scientia, permissio est omissio libera protectionis, et gubernationis, qua posita impediret peccatum, ideoque permissio appellatur voluntas Dei, et inter voluntates signi numeratur.

Expressit hoc Augustinus in Enchiridio. Non ergo fit aliquid nisi Omnipotens fieri velit, vel sinendo, ut fiat, vel ipse faciendo. Nec dubitandum est Deum facere bene etiam sinendo fieri, quaecumque fiunt male. Cum ergo omissio sit opus liberum Dei, et posita illa non impedita peccata aliunde a causis

Experimentis, nec in [illegible] asserere, quod pecca-
tum sit Deo voluntarium permissive et impeditive, sicut
combustio domus, et summersio navis voluntaria
Petro permissive, et impeditive. Licet autem ingenue
fateamur concedere Deo voluntaria esse nostra peccata stric-
te, rigorose, et causaliter, quod ex nostra doctrina
minime infertur, quae docet ideo Petro non esse volunta-
riam combustionem et consummationem, quia nullum praestat
positivum influxum, sed relinquit [illegible] ab
aliis causis applicari.

Caeterum cum Deus physice con-
currat in peccatum, quia praestat positivum influxum pro
actione peccaminosa, consequenter asserere [illegible]
ex hoc capite asserui Deo voluntaria esse nostra peccata
stricte, rigorose et causaliter. Haec assertio est cla-
rissima, et non nascitur ex ea, quam hic tenemus. Si enim
Deus se haberet erga peccatum, sicut Petrus se habet erga
combustionem et summersionem, praecise non impediendo,
nullum positivum influxum [illegible] intelli-
[illegible] Deo non esset voluntarium [illegible]
stricte, rigorose, et causaliter, sicut Petro non sunt
voluntarii illi effectus stricte, rigorose, et causaliter;
quia tamen negari non potest concursus divinus in pec-
catum [illegible] ab omnibus difficultatibus [illegible]
eximimus in philosophia in hoc tractatu disputa-
[illegible], et in [illegible] docent scholastici in materia
de voluntate Dei et in aliis.

Quaestio 5a

De voluntario imperante, et imperato.

Ex dictis disputatione praecedenti manet ex-
plicatum voluntarium in se, voluntarium in causa et voluntarium indirecte, [illegible]

Quod sit confundat, cum duabus aliis divisionibus precedentibus. Nos claritatis gratia addidimus eam huius. Pergamus modo ad actum voluntarium imperans et imperatum. Incipimus disputatione, sumam dictis dignissima continent.

Caput Primum

Utrum possit voluntas suos actus imperare, et quid sit imperium.

In disputatione praecedenti, an intellectus repererit potestatem imperium, et eius rationes, et conditiones sunt. Alia disputatio de imperio voluntario, quod sit actus voluntatis. Difficultas hoc agitanda est an voluntas possit suos actus imperare, ita ut non solum actus aliarum potentiarum externarum subiaceant imperio voluntatis, sed etiam alii actus ab eadem potentia procedentes. In qua Pater Vasquez prima secundae disp. 51, cap. 3 negat actum internum unius virtutis posse imperare actus internos aliarum virtutum, et consequenter non posse voluntatem imperare alios actus eiusdem potentiae. Ad summum enim voluntas potest actus, poterit cogere intellectum, qui obedit voluntati ad considerandas rationes, quae movere possunt ad eliciendum actum illum.

Sententia communis, quam tenent innumeri Scriptores apud Patrem Ripaldam tomo de ente supernaturali, disp. 65, sectione 3, omnesque doctores, asserit posse voluntatem vere, et proprie imperium imperare actus ad eamdem spectantes. Ex qua hanc sententiam praeceptor Angelicus 2a 2ae quaest. art. in corpore ubi ait actum charitatis posse dirigi in finem charitatis. Nec fundamentum obest oppositio quam tradit Pater Vasquez de actu ex

exteriori fortitudinis cum expresse Sanctus Thomas
loquatur de actibus animae, qui sunt actus interni.

Nulla est implicatio in eo, quod voluntas per actum proximum
possit detrahere ad efficiendum actum religionis. Sed tunc actus
religionis erit imperatus ab actu charitatis: ergo potest
actus voluntatis imperari per alium eiusdem potentiae. Illam
certissimam, quia si per actum charitatis potest detrahi vo-
luntas ad exercitium alicuius actionis exterioris,
quae ea actio est constituta in potestate voluntatis, multo
magis poterit detrahi ad exercitium actionis internae
eiusdem voluntatis, quia voluntas magis habet in sua po-
testate actiones suas internas, quam actiones exter-
nas alterius potentiae. Probatur deinde minor, quia in actione
religionis reperitur eadem ratione cuius quilibet alius
actus potentiae exterioris dicitur ab interiori actu impe-
ratus voluntatis.

Huius rationis energia penetrari
non potest nisi evolvamus quaestionem illam philosophicam inqui-
rendo, quid sit illud, ratione cuius actus imperatus
procedat ab imperante. Aliqui homines asserunt con-
sistere in eo, quod actus imperans, imperat nescio quid
[illegible] Doctores aliqui recentiores ex nostris
societate recurrunt ad actiones, asseruntque actum an-
tecedenter imperatum esse huius actionis mediam quam non proce-
deret a principio efficiente si non esset imperatus, et dicunt
alia actiones alterius non potest imperari. Videatur Pater
Ripa de diversis disputationibus de actibus humanis cap. 2, et 3.
Pater Ripalda
disputatione 67 sectione 3 asserit actum imperatum procedere ab imperan-
te, non esse aliud, quam movente imperante fieri imperatum

Actus tunc non esset sic dictus nisi imperans moveret. Unde dicta, impugnando iuxta hanc explicationem ad imperium unius actus in alium, existentiam nimirum actus imperantis in ratione moventis existentiae actus imperati, seu ex quo dependet imperati, et verius quaedam conditionata, qua verum est dicere: si non esset imperans non esset imperatus. Pater Oviedo in suo cursu philosophico controversia de ara... puncto 5, paragrafo 16 aliam affert explicationem forte difficiliorem loco citato videndam. Nos non videntes difficultate, dum nostrum iudicium non aperimus, tamen Patre Ripalda sentimus. Videatur loco citato.

Asserimus 1°

praesenti esse illud, quod requiritur ad verum exercitium imperii, sive iuxta hanc, sive iuxta illam opinionem reperiri posse in uno actu voluntatis respectu alterius eiusdem potentiae. Quod probatur [illegible] contingit [illegible] intentio in intellectu rationis, et motivis ad amandum Deum, voluntas ipsa se determinat respectu ad amandum, et [illegible] exercere actum amoris, sed tunc dictus actus non influit in determinationem integram determinationis voluntatis, qua ratione potest voluntati imperium in suos actus.

Confirmatur, nam [illegible] dicere, volo cogitare de rebus, quae possunt movere ad amandum Deum et tamen dicere volo amare Deum, quorum ille actus est... determinatio integra motiva, quae possunt ad amorem movere. [illegible] non est imperium voluntatis in aliquo actu ipsius exercendo, sed potius est imperium in actus intellectus.

Secundum: [illegible] imperium actuale [illegible] voluntatis; [illegible] primus, quia secundus actus [illegible] sequitur [illegible] et imperium voluntatis in suos actus.

Dubium

Utrum possit actus imperari in existentia actus imperantis moveri? [illegible] volendo respectu existentiae illius, [illegible]

propter Deum summe dilectum, ut voluntas compleat actus volitionis. Secundo volendo directe, sicut in actus consequendo internus actus voluntatis esse potest, sicut ex amore directo bonitatis divinae cavit voluntas absque amore reflexo in alterius actus gloriam divinae bonitati augentes, sive quorum sequitur praestat dominus ... bonitati.

Quintus ... Imperium potest esse, aut efficax, aut inefficax. Imperium efficax est cum negatione actus imperati componi non potest cum imperante, seu voluntas cum omnibus requisitis ad ponendum actum est instructa. Imperium inefficax est cum negatione actus imperati potest componi cum imperante, voluntas cum omnibus requisitis ad ponendum actum est instructa.

Insuper imperium tam efficax, quam inefficax potest esse determinatum et indeterminatum, seu vagum. Efficax determinatum est cum actus imperans connectitur necessario cum existentia actus imperati singularis, et determinati pro tempore determinato. Inefficax determinatum est cum absque connexione actus imperans in actum, et tempus determinatum, fieri potest simplex complacentia, sive affectus voluntatis.

Efficax vero indeterminatum, sive imperium vagum est cum actus imperans necessario connectitur cum virtutis actu indeterminate, sive cum aliquo futuro actu et tempore non determinato. Inefficax indeterminatum est cum absque illa connexione intra voluntatem in aliquem virtutis actum, qui eius affectus non determinat. Haec sunt imperii voluntarii genera, quorum meminerunt recentiores Theologi, quae ... dispu-

Postulandum

Occurrit Argumentis quae sententiam P. Patris Vazq. fieri possunt. Caput 2

Arguitur: voluntas posito imperio adhuc manet sa libera, quam antea; ergo illud imperium non detrahit intimae voluntate ad efficiendum aliquem actum. Confirmatur: voluntas ablato imperio est causa sufficiens illius actus; sed quando datur una causa sufficiens ad eius actus virtutis non potest aliam subintrare ad eius concurrendum; ergo [illegible]. Fuit illi quae [illegible]. Respondeo praemittendum aut esse [illegible] de imperio efficaci actus singularis, et detrahit [illegible] ve detracto. Et postea [illegible] dicimus.

Respondeo concedendo antecedens negando consequentiam. Non enim stat in ratione imperii, quod voluntas sit adhuc libera ad efficiendum actum imperatum, illo imperio manifestato, quod graves recentiores admittunt, stat libertas ad efficiendum et non efficiendum actum imperatum. Ad confirmationem concedendo maiorem, negando minorem. Non enim repugnat, quod stante una causa sufficienti subintret alia, quod enim repugnet stante causa efficiente adaequata subintrare alia causa efficiente, non tamen repugnabit, quod stante causa efficienti adaequata subintret alia causa moralis movendo, qualis imperium est.

Obiicies 2. Si imperium tollat libertatem, destruit omnino bonitatem moralem utriusque actus intrinseci; ergo implicat quod imperium exerceat causalitatem in illo [illegible]. Respondeo negando consequentiam, aliquando cum non se imperium tollat libertatem, non potest, ex hoc capite, imperium voluntatis in

[illegible] Deum summe diligo, et voluntas efficiens actus religionis. Secundo volendo directe seu aliquid in cuius consecutione internus actus voluntatis elucere potest, ut si ex amore directo bonitatis divinae [illegible] voluntas alicuius amore vel [illegible] in aliarum virtutum actus gloriam divinae bonitatis augentes, quae quorum obsequium praestat divinae illi bonitati.

Quinto [illegible] imperium potest esse aut efficax, aut inefficax. Imperium efficax est cum negatio actus imperati componi non potest cum imperante, seu voluntas cum omnibus requisitis ad ponendum actum est instructa. Imperium inefficax est cum negatio actus imperati potest componi cum imperante, licet voluntas cum omnibus requisitis ad ponendum actum sit instructa.

Insuper imperium tam efficax, quam inefficax potest esse determinatum et indeterminatum seu vagum. Efficax determinatum est cum actus imperans connectitur necessario cum existentia actus imperati singularis, et determinati pro tempore determinato. Inefficax determinatum est, cum absque connexione [illegible] actus imperans in actum et tempus determinatum, et servari potest simplex complacentia, sive affectus voluntatis.

Efficax vero indeterminatum, sive imperium vagum est cum actus imperans necessario connectitur cum aliquo virtutis actu indeterminate, sive pro aliquo [illegible] tempore non determinato. Inefficax non determinatum, cum absque illa connexione [illegible] voluntatis in aliquo virtutis actum, quae eius affectus non determinat. Haec sunt imperii voluntarii genera, quorum meminerunt recentiores Theologi, quae [illegible] dispersa

postulanda sunt

Caput 2

Solvuntur Argumenta, quae sententiam Patris Vasquez fieri posse suadent.

Arguitur 1°: Voluntas posito imperio ita remanet tam libera, quam antea; ergo ipsum imperium non detrahit immanente voluntate ad efficiendum actum quem actum. Confirmatur: voluntas ablato imperio est causa sufficiens illius actus; sed quando datur una causa sufficiens alicuius actus virtutis non potest alia subintrare ad simul concurrendum; ergo voluntas etc. Huic argumento Respondeo primo distinguendo antecedens; et non sumitur de imperio efficiente actum singularem, et detracto tempore detracto, et postea [illegible].

Respondeo 2° concedendo antecedens. Verum non est, ut ratione imperii quo posito sit ad sui libera ad efficiendum actum imperatum, ut cum imperio manifestatur, quod graves recentiores admittunt, stat libertas ipsa ad efficiendum, et non efficiendum actum imperatum. Ad confirmationem concedendo maiorem negando minorem. Non repugnat, quod stante una causa sufficiente subintret alia, quod enim repugnet stante causa efficiente adaequata subintrare alia causa efficiente, non tamen repugnabit, quod stante causa efficienti adaequata subintret alia causa moralis movendo, quale imperium est.

Obiicies 2°: si imperium tollat libertatem, destruit bonitatem moralem virtutis actus intrinsecam; ergo implicat quod imperium exerceat causalitatem [illegible] virtutis. Respondeo: quod licet non imperium tollat libertatem, non potest ex hoc capite imperium voluntatis in

Ulterius actus impugnari. Resp. secundo quod quando actus virtutis efficaciter imperat erit victrice boni et honesti bonitate et honestate intrinseca religionis, aut iustitiae, quam propter esse intrinsece amplectitur, et expresse boni et honesti, propter charitatem, quae illum efficaciter imperat in finem Dei; quapropter, si non habeat actus religionis immanentem libertatem, quando efficaciter imperatur, non tamen deperdit potentiam intrinsecam ex obiecto quod respicit, sicut actus charitatis in patria elicitus boni, et honesti ex honestate intrinseca, quam habet, licet nullam habeat libertatem.

Obiicies 3: si posset voluntas suos actus imperare, quia positi sunt sub illius dominio, et potestate, sequeretur ex affectu virtutis ignobilioris posse imperare actum nobilioris virtutis; hoc autem non admittit melior theologia: ergo non est asserendum cum illa universalitate posse voluntatem suos actus imperare. Resp. ex hoc argumento minui imperium voluntatis. Ceterum si admittatur sententia Caietani, Banes, et aliorum asserentium soli charitati hoc imperium convenire, stat illaesa nostra conclusio, nimirum voluntatem per nobilissimum charitatis affectum posse imperare suos actus aliarum virtutum ad eam voluntatem spectantium.

Si admittatur sententia Patris Conink, Patris Valentiae, Patris Ripalda, et aliorum asserentium posse hoc imperium competere actibus virtutum ignobiliorum in actus nobiliorum virtutum, similiter stat nostra conclusio docens posse voluntatem suos actus imperare. Alius si magis placet, hic secunda opinio. Nec obstat,

Quod semper imperare sit proprium superioris, con-
venit in tantum imperanti, et quod non veretur
imperante; et quo imperans, et quod eo sunt
altiores supernaturales excellentia, tanto sunt magis
aptiores virtutes actuum imperant. Et quo sunt
tales virtutes, qui possunt esse ignobiliores aliis
virtutes actus imperatis.
Obiicies 4. Si posset actus
charitatis imperari a voluntate, et actus ignobiliorum
virtutum, posset similiter imperari ex
affectu veniali seu ex malo; sed hoc non est dicen-
dum, quia nobilissimus et supernaturalis actus charitatis
nullo modo supernaturaliter potest: ergo etc. Respondeo,
praetermissa hac difficultate, an actus supernaturalis
possit ex fine aliquo extrinseco imperari; quidam
dicunt specialis aliqua repugnantia in eo, quod
nobilissimus actus charitatis imperetur a fine mala,
non inde nos inferri, quia saltem poterit imperari
a fine bono, in quo tota nostra ratio subsistat;
si vero non detur specialis repugnantia in eo, quod
actus charitatis sit supernaturalis et excellentissimus,
imperetur ex fine, vel ex affectu malo, nihil in
aliquo nos inferri; quamvis fundamentum affectus
boni, quam affectus mali potest voluntas plures
actus internos exercere in actu charitatis.
Obiicies
5. Inde sequitur actus externus ab interno, quod
externus intrinsece sumptus nullam respicit, et nullam habet
bonitatem immediate, et ex parte, ideoque finem et bonitatem
habere non potest nisi ab actu interno imperante;
actus vero internus intrinsece finem ve-

Recedit, et libertatis immediatè capax: cum qua in facto externo possit referri in finem et inde derè extrinsecè à libertate actus imperantis, ita tamen actus interior, neque relationem in finem, neque moralitatem aliquam ab actu imperante recipere potest.

Respondet Vermiculus quidquid esse differentiam actus interni ab externo quod internus recipit intrinsece finem et libertatis immediatè capax, externus verò neque recipit intrinsecè finem, neque libertatis immediatè capax est; cum hac tamen differentia potest convenientia reperiri, quod sicut actus externus accipit finem extrinsecum, et libertatem ab imperio alterius: sic similiter actus internus potest accipere finem extrinsecum, et libertatem ab imperio alterius, quandoquidem in nobis voluntas potest imperium exercere in actum aliarum potentiarum, aut aliquando sed etiam in actus eiusdem voluntatis.

Caput 3

Possibile est imperium reflexum divino efficax actus singularis pro tempore determinato, quod [illegible] libertate actus imperati.

Duas partes amplectitur conclusio in titulo posita. Prima est possibile esse imperium divino efficax singularis actus pro tempore determinato, [illegible]. Singula nobis adversatur Pater Suarez lib. 12 de gratia, cap. 10 judicans impossibile esse ex natura rei imperium determinans divino suo instanti temporis, cum actus virtute imperatus, et consequenter omne voluntatis imperium movens eandem voluntatem ad agendum actus cuiuscumque virtutis ex natura rei semper esse indeterminatum,

41

Et haec rage dolens: nimirum virtutis actus in determinate sumpte, vel alterius speciei pro tempore determinato vel actum determinate virtutis pro tempore indeterminato. Secunda pars conclusionis est hoc imperium reflexum actus determinati pro tempore determinato tollere libertatem actui imperato, in qua nobis adversantur recentes aliqui, qui sub rectis nos statim ab Arriaga.

Probatur prima pars. Voluntas potest efficaciter appetere pro tempore determinato id quod conducit ad finem intentum consequendum, imprimis cadat sub potestate voluntatis; sed actus cuiuscumque virtutis potest conducere ad finem intentum consequendum et aliunde cadit sub potestate voluntatis: ergo actus cuiuscumque virtutis potest efficaciter appeti a voluntate pro tempore determinato. Probatur maior, quia voluntas ex intentione efficaci finis movetur ad eligendum media, quae conducunt ad finem, eis potest re ipsa ponere voluntas. Probatur minor, ad placendum Deo summe dilecto conducit quidem actus religionis v. g.

Consequentia probatur: quia eo ipso quod voluntas velit obsequium praestare Deo summe dilecto ex affectu charitatis, et videat hoc obsequium sufficientissime praestari per actum religionis, et aliunde habeat complementum gratiae ad actum religionis ponendum, potest efficaciter appetere existentiam actus religionis pro tempore isto, quia habet determinatum illud efficax praestandi Deo aliquod obsequium ex affectu charitatis. Sed in hoc casu dabitur perfectissimum imperium efficax reflexum actus religionis pro tempore de-

determinato quod imperium reflexum efficax pro tempore determinato nihil aliud dicit, quam significet quemdam efficacem voluntatis, quo voluntas dicat velle efficaciter ponere actum religionis pro hoc instanti: igitur etc.

Confirmatur: nulla est implicatio in eo, quod velit voluntas efficacissime venenum, quando videt illud esse conducens ad sanitatem pro tempore aliquo determinato ex affectu eius sanitatis: ergo similiter nulla erit implicatio, in eo quod voluntas velit actum religionis pro tempore determinato ex affectu charitatis, quando videt illum actum esse conducentem ad hunc finem: Et revera ego non concipio, cur voluntas possit velle obiectum aliquod externum ex amore finis, et non possit velle obiectum internum, nimirum, suum actum proprium ex amore alicuius finis pro tempore vel instanti determinato. Res praeclarissima est, in qua non est immorandum, nisi haberemus inimicum Patrem Suarez.

Secunda pars solutionis probatur ex principiis in Societate communiter admissis: ista tollit libertatem, quod est principium vel causa immediata operationis incompossibilis cum carentia actus, cuius est principium vel causa: ad hoc imperium est principium, vel causa immediata operationis incompossibile cum carentia actus imperati: ergo consequentia legitime infert. Probatur minor: hoc imperium licet non sit causa efficiens actus imperati, tamen est causa moralis actus imperati, sicut intentio finis est causa immediata electionis medii: rursus actus efficaciter imperans infert infallibiliter imperatum, quod implicatio est, quod ...

Vg si hic est efficaciter a voluntate si aliunde ca-
reat in potestate voluntatis non ponat a voluntate,
stante illa volitione efficaci.

Confirmatur: actus in-
ternus imperatus debet sicut actus externus impera-
tus ab interiori actu voluntatis, quia sicut externus
procedit derivatus ab interiori actu voluntatis, qui
causa est, ut ille existat, sic internus imperatus procedit
ab alio actu interiori voluntatis, qui est causa, ut ille
existat: igitur sicut externus non habet propriam libertatem,
sed eam communicatam participat ab actu [illegible] voluntatis im-
perante, sic internus actus imperatus non habebit propriam
et immediatam libertatem, sed communicatam participatione ab
interiori alio voluntatis actu imperante.

Nec obstat
dicere actum interiorem posse habere propriam et imme-
diatam libertatem. Respondeo [illegible] quia hoc tantum
probat potuisse esse formaliter et immediate liberum
non vero de facto habere formalem et immediatam liber-
tatem, quando imperatur ab alio.

Caput 4

Argumentorum impetus infirmatur.

Obiicies 1o: quando voluntas elicit actum reli-
gionis imperatum ab actu charitatis habet proximam
indifferentiam ad eliciendum et non eliciendum actum
religionis, quando quidem dantur omnia compri-
cipia quae ex parte voluntatis requiruntur ad
illius eliciendum. Sed quaelibet indifferentia pro-
xima voluntatis communicat actui propriam et imme-
diatam libertatem: igitur licet actus religionis
sit imperatus ab alio actu charitatis habet propriam

Ad immediatam libertatem, quae nihil aliud est quam proxima et immediata libertatis habere, qua efficaciter procedere ad opera proxime expedita, et indifferentia ad utramque partem contradictionis.

Resp. distinguendo maiorem, si est proximam indifferentiam ad eliciendum et non eliciendum actum religionis in sensu composito cum imperio decreto, et efficaci voluntatis, nego maiorem: in sensu diviso ab imperio efficaci et determinato voluntatis, omitto maiorem. Miror, quod hoc argumentum opponant a[...] censoribus, cui respondere tenentur in visione beata respectu amoris in patria eliciti, et in praemotione physica, respectu cuiuscumque alterius actus. Quamvis ergo voluntas retineat indifferentiam proximam ad amandum, et non amandum in sensu diviso a visione beata, et praemotione physica, adhuc tamen quia sub visione beata, et praemotione physica non subsistit eiusmodi indifferentia, tollitur ab illis libertas, sic similiter in imperio decreto et efficaci voluntatis respectu actus imperati contingit. Recollenda sunt, quae diximus disp. 2 cap. 3.

Obiicies 2: non minus infert existentia amoris in voluntate carentiam odii circa idem obiectum, quam infert actus imperans imperatum; sed quando voluntas libere se determinat ad amandum, libere etiam se determinat ad omittendum odium: igitur quando libere voluntas se determinat ad actum imperantem, libere etiam se determinat ad imperatum. Resp. ad maiorem, quia odium est incompossibile cum amore eiusdem obiecti, et consequenter exi[...]

Existente amore non potest existere odium ideo,
sicut existente in subiecto forma incompatibili
cum alia non potest existere alia, ex quo fit quod
una inferat negationem alterius.

Probatur minor:
Voluntas libera est libertate non solum contradictionis,
sed etiam contrarietatis; unde est libera ad amandum vel
ad odio habendum et quando libere amat, potest
etiam libere odio habere. Ergo legitime infertur
quod si quando voluntas libere amat habet potestatem
expeditam et indifferentem ad odio habendum,
licet amor inferat carentiam odii, quare eodem
posito imperio efficaci, et decreto voluntas non
habebit potestatem expeditam et indifferentem ad
actum imperatum, licet actus imperans necessario inferat
existentiam actus imperati?

Respondeo, concedendo maiorem negando minorem. Quando
non quis prius natura se determinavit ad amandum,
carentia odii deinde subsequuta non habet necessitatem
et distinctam libertatem, quia ut convincit argumentum
ille amor necessitate quadam inevitabili infert
huiusmodi carentiam, et consequenter datur paritas
inter actum imperantem, et imperatum, et amorem,
et carentiam odii. Voluntas quidem habet li-
bertatem immediatam et indifferentiam ad aman-
dum, si excludatur odium, et ad odio habendum, si
excludatur amor. At vero, posito iam amore
omissio odii non est immediate libera, sed solum me-
diate, quia posita est ab ipsa voluntate prius infra
libiliter inferens omissionem odii. [illegible]

Solutionem exhibet Pater Ripalda huic argumento quae mihi non probatur.

Obijcies 3°: potest quis iacens in mortali lethaliter, ex timore poenarum inferni imperare efficaciter actum contritionis, ita ut illius iustificationem de peccatis consequatur: ergo illa contritio erit immediate libera licet sit imperata a timore horribilium illorum cruciatuum. Consequentia probatur, quia contritio, quae non est immediate libera non est intrinsece moraliter bona, et meritoria, sed solum in imperio; sed imperium, nempe timor ille non est sufficiens ad iustificationem: ergo nec ille solus, nec contritio iustificaret, quod quidem maximum inconveniens est.

Hoc argumentum maioris momenti est quam praecedentia. Noto pro illius non habere difficultatem in sententia Patris Ripaldae assignantis actui imperato meritum, et impetrationem distinctam a merito et impetratione actus efficaciter imperantis, licet non habeat distinctam libertatem; quia contritio illa, licet non sit immediate libera, sed solum mediate in imperio, per meritum, et impetrationem, quam ipse habet, potest iustificationem obtinere. Noto 2° neque habere difficultatem in sententia asserentium actum charitatis non esse formam iustificantem, quia in hac sententia, sive liber sive necessarius sit, exhibebat esse mundatio a peccato, semper iustificabit, sive liber sive necessarius sit.

In nostra actu de sacramentis adaequate impetrationis non petere formalem, et immediatam libertatem. Quandoquidem in actionibus externis saepe aliquis invenimus licet ratio meriti separatur formalem, et immediatam libertatem

Ap oor sustet iuxta horum sententiam; quare sine recursu
ad meritum proprium et distinctum, quod competat actui impe
rato Dei, sine recursu ad id, quod actus charitatis sit
saluificans, potest sufficienter dissolvi huius argumenti
difficultas asserendo, quod contritio illa impetrando conse
cutionem iustificationis a peccatis.

Confirmatur exemplo martyris
vir solutio exhibita in quo & mors externa non augeat
valorem, neque meritum a voluntate interna moriendi ut ex
communissima sententia supponendum est, de facto tamen Deus accep
tat illa voluntate, quatenus mors sequitur ad praemia non
solum accidentalia, sed etiam ad gratiam iustificationis aliquan
do conferendam, et delendum peccatum originale aliquo
effectu non acceptat in sola voluntate, quando mors re
ipsa non ponitur, quia ex speciali gratia voluit Deus alligare
ipsi morti patienter toleratae. Sic potuit Deus alli
gare gratiam iustificationis contritioni sponte habitae, immo
et ita de facto fecisse credendum est, non quod contritio illa novam
libertatem et meritum habeat, quando imperat efficaciter
et [illegible], sed quia tali actui commode [illegible]
[illegible] voluit tale privilegium concedere.

Quamvis in sole
gentia huius confirmationis sciendum est id, quod in trac
tatu de peccatis saepe notavi, habeo actionem, et motum, exte
riorem aliquando absolute, et simpliciter peccatum, appellari
absolute, et simpliciter libera, meritoria, vel demeritoria,
honesta, aut inhonesta moraliter, non quia habeat
formaliter, et immediate libertatem, sed quia oritur ab actu
interiori voluntatis libero, in quo formaliter, et im
mediate reperitur libertas. Cum ergo contritio
illa sit absolute et simpliciter libera, honesta mora

Moraliter ad honorare ad imperio libero poterit modificare quoad contritionem absolute et simpliciter, libere, et honeste moraliter, hoc tamen requiritur ...

Caput 5

Statuitur imperium inefficax non tollens libertatem actui imperato.

Pater Hurtado de Mendoza secunda secundae, disputatione 135, sectione 6, et disputatione 137, sectione 3, et disputatione 138, sectione 2, asseruit non posse intervenire imperium voluntatis per simplicem aliquam complacentiam, sed semper hoc debere contingere per amorem efficacem, et ad extra tum. Contra hanc sententiam stat conclusio instituto opposita duas partes amplectens. Prima est dari imperium inefficax sive per simplicem quandam complacentiam constitutum. Secunda est hoc imperium non tollere libertatem actus imperati.

Prima pars probatur primo authoritate divi Augustini libro 8 confessionum, capite 9, ubi sic fatur: imperat animus, ut velit animus, nec facit tamen. Unde hoc monstrum, et quare istud, non ex toto vult. Non ergo ex toto imperat. Ecce cognovit Augustinus imperium aliquod voluntatis, quo ex toto animus non velit, sive quo non velit efficaciter, nam per imperium efficax vult animus totum quantum potest, ut ita dicam; sed per imperium inefficax nihil aliud in praesenti intelligimus, quam imperium, per quod animus velit non secundum totam virtutem, et efficaciam voluntatis: ergo ex mente Augustini datur imperium inefficax, sive quo animus non velit efficaciter.

Probatur 2 ratione. Actus unius virtutis, sit imperatus per illum sufficit, quod fiat a voluntate ex motione, et impulsu alterius. Sed potest actus unius virtutis fieri a voluntate ex motione, et impulsu

1. 11

Affectus simplicis et inefficacis: igitur potest actus internus voluntatis imperari per affectum simplicem, et inefficacem. Maior patet, a quo enim ex eo quod unus actus fit ex motione, et impulsu alterius, fit ex imperio alterius. Probatur minor, quia imperatio inveniri potest in eo, quod ex simplici illa complacentia per affectum inefficacem, quo voluntas complacet in interno actu religionis, determinetur ad eliciendum actum religionis. Ergo legitime infert.

Confirmatur: Saepe saepius ex simplici complacentia, qua voluntas habet erga finem, determinatur ad ponendum media, quae conducunt ad finis consecutionem: imo saepe numquam non procederet voluntas in aliquibus obiecti consecutione, nisi praecessisset talis affectus inefficax: igitur similiter ex affectu inefficaci alicuius virtutis interioris potest excitari voluntas ad eliciendum actum interiorem virtutis, quia non est ratio, quare possit excitari ad ponendum aliquod obiectum externum, non vero ad ponendum obiectum internum, quale est internus actus virtutis imperatus.

Secunda pars probatur. Simplex ille affectus, sive complacentia voluntatis, relinquit ex parte potestate voluntatis ad se determinandi, vel non determinandi ad positionem illius actus religionis, sed quandocumque datur libera facultas, et indifferentia voluntatis ad oppositum, relinquit in voluntate libertas hic et nunc; igitur quandocumque actus voluntatis imperatur ex simplici affectu, sive complacentia voluntatis est liber hic, et nunc. Tam certus est totus syllogismus, quam certum simplicem affectum, complacentiam, sive desiderium inefficax voluntatis relinquere plenissime liberam determinationem voluntatis.

Probatur secundo.

Auxiliatrices gratiae sunt motiones ad eliciendum actus salutares, nimirum affectiones, et inspirationes sanctae immissae voluntati: sed hae non tollunt libertatem et indifferentiam in voluntate ad actum salutarem: igitur similiter motio affectus illius inefficacis, sive comparati tacentis imperantis, non tollet libertatem et indifferentiam actus imperati.
Confirmatur: potentia libera, qua libera est, sive retinendo hic et nunc libertatem potest operari ex motione, et imperio alicuius actus; sed per nullum alium actum potest exerceri haec motio, et imperium nisi per actum inefficacem; igitur etc.

Obiicies tamen affectus inefficax non infert immediate actum imperatum: igitur non potest exercere rationem imperii. Antecedens patet, quia si inferret immediate tolleret libertatem. Consequentia probatur, quia imperium illud, quod indiget alio, ut potentia determinetur non meretur nomen imperii. Per hoc argumentum controversia fit de solis verbis. Nam nos intelligimus per imperium motionem provenientem ex quocumque actu voluntatis sive efficaci, sive inefficaci praeeunte. Adversarius autem solum intelligit motionem ex actu efficaci procedentem. Relicta ergo quaestione de voce respondemus imperium factum potentiae liberae, ut liberae posse exspectare determinationem ultimam ab ipsa potentia libera ponendam, quia solum movere potest non alligando voluntatem ad unum, sed relinquendo potentiam proximam in voluntate, ut consentiat, vel non consentiat eius modi motioni.

Caput Septimum
Stabilitur imperium vagum et disiunctivum.

Imperium tam efficax, quam inefficax potest esse

Vagum et disiunctivum dupliciter. Primo vagum, et disiunctivum hoc, vel illo actus singularis virtutis, hoc, vel illo tempore vel instanti. Secundo huius, vel illius actus virtutis pro hoc instanti, vel tempore determinato. Asserimus 1º contra eumdem Hurtado loco supra citato utrumque imperium tam efficax, quam inefficax disiunctivum, et vagum eo modo, quo explicuimus posse esse. Stat voluntas ex amore charitatis, sive ex affectu placendi Deo summe dilecto potest habere hunc dictum volo efficere actum religionis pro instanti A vel pro instanti B, quia sufficientem amabilitatem invenit in hoc actu, sive pro hoc, sive pro illo instanti, ergo illiciter potest habere hunc actum: volo ex eodem affectu charitatis efficere actum religionis, vel obedientiae. Nullam repugnantiam reperit in his actibus, sive efficaces, sive inefficaces sint. Igitur possibile est imperium vagum, et disiunctivum actus pro hoc, vel illo instanti, sive disiunctivum, et vagum huius, vel alterius actus nimirum religionis, vel obedientiae.

Asserimus 2º imperium efficax disiunctivum imperans singularem actum, et determinatum, cum indifferentia ad instantia temporis tollere libertatem immediatam circa substantiam actus, non vero circumstantiam huius, vel illius instantis temporis, si duret imperium pro aliquibus instantibus, hoc est, necessarium esse, quod ponat voluntas actum imperatum pro uno ex aliquibus instantibus non vero necessarium esse, quod ponat in hoc potius, quam in illo instanti. Ratio est, quia stante determinatione efficaci, et resolutoria voluntatis circa aliquid non potest non poni illud aliquando, si habeat voluntas adiuncta requisita ad ponendum illud: igitur cum voluntas habeat omnia principia omnia ad efficiendum actum religionis pro uno ex aliquibus instantibus necessitatur ad actum religionis

S, mo e duob. instantib. illis, si duret imperium p. utroq. instanti.

Rursus cum imperium n. determinet instans relinquit voluntate p. prima indifferentia, et expeditam facultatem ad electionem huius potius, quam alterius instantis. Consulto ac[...], si duret imperium p. utroque instanti, ut abstineam ab ea difficultate inter Cardinalem de Lugo, et Patrem Arriaga valde controversa, an si deficiet imperium sit de ponendo actu p. mo e duobus instantib. et duret p. p.o instanti, voluntas quae ponat actum in p.o instanti, actus ille dicendus sit liber quoad substantiam, sat vero quoad circumstantiam, et anticipationem temporis. Neque enim omnia in his expendenda sunt.

Asserimus 3.

Quando imperium efficax est disiunctivum, et vagum ad hunc, vel illum actum, si actus illi sint aequales in bonitate, vel malitia voluntate eligendo unum prae alio habere libertatem physicam, non vero moralem. Ad cuius assertionis intelligentiam duo sunt libertatem pro praesenti distinguere necessarium est, aliam physicam, moralem aliam. Libertas physica datur, quando ita ponitur actus, ut potuerit physice non poni. Libertas moralis est, quae iuxta prudentum existimationem sufficit, et requiritur, ut electio huius actus prae alio sit laude, vel vituperio digna, vertatque nobis virtuti, vel culpae.

Hoc supposito [pro]bamus libertatem physicam. Posito enim imperio efficaci disiunctivo actus religionis, vel obedientiae [illegible] potuit n. poni quia imperium illud continens est actum obedientiae, et ponitur ita actus obedientiae, ut potuerit n. poni, quia imperium continens est actum religionis. Unde sit aliquis actus sub disiunctivo imperio ponendus, ut natura relinquitur libertate, et imparti

in particulari necario ponendae: ergo sub illo imperio relinquitur physica libertas.

Probemus deinde non esse liberum sub illo imperio libertate morali ellectionis huius actus praecepti. Ad libertatem moralem requiritur, quod voluntas ellegerat inter actus singulares et bonum eumdem possit omittere cum obligatione sub peccato tenendi alium actum oppositum, et aequalem: sed in praesenti opus est quod voluntas non necessitetur ad alium actum oppositum, et aequalem; sed voluntas posita illo imperio necessitatur ad ponendum alium actum oppositum, et aequalem, si bonum de terminatum omittat: ergo sub illo imperio non habet libertatem moralem.

Probatur maior; omissio boni, vel mali, quae sub infert, atque substituit, necessario bonum aliud, vel malum, aequale, adhuc connexum non est morale, eo quod omissio boni vel mali iuxta prudentium iudicium, nec hoc ipso, quod bonum omissum relinquat aliquid sibi oppositum, facit, quod absentia sub morali interim non accidat. Ita de malo indicandum est. Exemplum clarissimum est in homine, qui si esset determinatus ad donandum pauperi centum aureos, et summa remaneret libertas ad eligendum inter hos centum, aut illos centum pondus aequivalentes, quoniam haberet moralem libertatem in illa electione, quia cum omissio horum centum necario substituat alios centum pondus aequivalentes moraliter, sive iuxta prudentium iudicium homini etc. Minor, et consequentiae syllogismi sunt evidentes.

Caput 7.

Argumenta soluta et aliorum placitum Resolutiones.

Contrarium accerrime sic obiicies: affectus ...

Ex indifferens non potest inferre effectum [illegible] et [illegible] absque actu determinante [illegible]: igitur non potest [illegible] perfectionem immediate. Probatur antecedens: directe affectus vagi non sed unus actus determinatus. Secundo: vires disiunctive et confuse; sed obiectum non potest existere a parte rei disiunctive et confuse, sed in singulari, et determinate: igitur actus imperatus non potest existere immediate ex affectu vago, et indeterminato. Quandoquidem requirit actus alius determinans. Confirmatur: actus virtutis semel existit a parte rei electus prae alio. Sed imperium vagum et [illegible] determinatum in eligendo unum prae alio: igitur imperium vagum, et indeterminatum non [illegible] existentiam immediatam actus imperati.

Hoc argumentum facile dissolvitur ex dictis. Ad primum agimus de imperio potentiae liberae, quae ergo sine [illegible] aliquo determinante determinare potest ad actum. Obstante [illegible] motione, in qua tota ratio sui imperii consistit, quae non alligat voluntatem ad unum, stat etiam, quod potentia libera voluntatis libere se determinet, ut de imperiis per simplicem complacentiam diximus, [illegible] argumentum [illegible]. Neque obstat, quod obiectum imperii existere non possit a parte rei eo modo, quo [illegible] imperium, quia motus [illegible] ex parte obiecti [illegible] velit obiectum disiunctive, non tamen vult obiectum disiunctive, sed determinate, licet determinatio [illegible], quia tandem ponendum est obiectum, relinquat voluntati. [illegible] ad confirmationem responsio desumitur.

Contra secundam assertionem sic opponens: quando imperium est [illegible] disiunctivum [illegible] tempore [illegible], ita ponit substantiam actus in hoc instanti [illegible] fuerit non ponit in hoc instanti, sed in alio requirit,

Ut sic actus non solum quoad circumstantias, sed etiam quoad substantiam sit liber: igitur etc. Confirmatur: substantia actus quod in hoc instanti determinato ponatur est libera; igitur ratio [illegible] circumstantia temporis. Sed etiam substantia actus libera est, quod nihil aliud intendunt, qui dicunt non solum requiri libertatem circa circumstantias sed etiam circa substantiam operationis.

Respondetur concedendo maiorem, et negando minorem, quia ut substantia actus esset libera requirebatur quod substantia actus posito imperio potuisset non poni. Hoc autem non est verum, ut in materia de aliquo illorum instantium ponendae. Unde solum relinquitur libertas quoad instantia, non vero quoad substantiam operationum, quando quidem operatio ponatur in hoc instanti, et initio determinato, et tempore suo sumpto, potest omitti. Ex quo facile [illegible] quae facile in materia de Incarnatione recurrat ad circumstantias temporis, et loci, ut salvet libertatem Christi Domini circa substantiam operationis, voluntatis moriendi, etc.

Ad confirmationem fateor hoc coniunctum operatio posita in hoc instanti liberum esse immediate, adverte etiam videre quod cum includat determinationem productionis in hoc instanti, quae est immediate libera, et coniunctum dicat omne liberum, quod involvit aliquam partem liberam formaliter indicat immediatam potestatem suae liberae. Ceterum hoc non probat substantiam actus imperati ex praecisione ab instantibus esse immediate liberam.

Contra quintam assertionem sic argumentaberis: Christus Dominus ob unionem hypostaticam tanta gaudebat sanctitate, et Patrem semper esset [illegible] ponendi actus in Deo gratissimos, et perfectissimos in genere moris: igitur habebat libertatem laudabiliter eligendi praecise inter actus qui aequales

Et tamen mereri potuit, sicut revera meritus fuit: igitur habuit libertatem moralem in eligendo, licet ad actus aequales praecise potestas concedatur. Confirmatur: Deus operatur liberaliter in genere moris, et tamen determinatus sit ad ponendum optimum et eligendum inter actus aequales; igitur potestas praecise eligendi inter actus aequales non tollit libertatem moralem, hoc est sufficientem ad meritum et demeritum, laudem et vituperium.

Respondetur de Christo domino, ac de quolibet alio dicendum: Christus Dominus, licet excellentissimam sanctitatem ex unione habuerit, permissi tamen fuerunt ipsius libertati plures actus ex obiecto inaequales, in quorum electione libertatem moralem exerceret. Neque oppositum argumento aliquo convincitur. Verum de hoc in materia de incarnatione uberius discutiendum. Ad confirmationem eodem modo respondendum, quod si ponatur Deus praedeterminatus ad actus positivos aequales, licet ageret iuxta rectam rationem, non tamen cum ea libertate quae requiritur ad meritum. De quo in materia de voluntate.

Libertas moralis in sensu a nobis explicato requiritur ad meritum et demeritum. Ex qua doctrina multae difficultates resolvuntur, praecipue certe celebris illa in materia de conscientia, de scrupulis, an qui per errorem invincibilem iudicaret utramque contradictionis partem esse peccatum, in qua communiter docent recentiores theologi nullum committendum peccatum defectu libertatis moralis, quae requiritur ad peccandum, quia cum ille homo praedeterminetur ad ponendum certum malitiae gradum, sive in hoc, sive in alio individuo nullius momenti reputatur a prudentibus in ordine ad demeritum, ergo sicut illa libertas circa individua, quae certo illius malitiae gradu fit ...

... Rd. 1. excusat nulli omittens sacrum, si parto aliquis pascere ovem ab ecclesia conclamantes, ita die festo manens inevitabiliter audienda sibi esse sacra, ex eadem praecepto, verus habet; et nunc sacra obtenta, in audienda ex sua ratione utriusque; quia tenet ex pacto cum Domino grege illorum omnibus sine detrimento servare. Scandalo se absterro eius non teneri credat ex ecclesiae praecepto sibi possibili eam missam celebrare non teneri, ex probabilitate vero propter scandalum evitandum, credat se teneri ad celebrandum ne multitudo fidelium die festo sine sacro dimittat.

3. Si quis ex

Communicatus iudicet ex ecclesiae praecepto se teneri sacris assistere, sub tamen ex possibilitatem, credat possibili. 4. Si quis rogatus a superiore de occulto proximi crimine sub existimet se obligari charitate, salvare manifestando crimen superiori, et contra superiori ... id celando. In his ergo, et similibus casibus, quos facile quisque potest excogitare nullum committit peccatum, quamlibet partem ex illis amplectimur, dummodo qualiter malitiam in utraque ... defectu libertatis moralis, quae requiritur ad peccandum.

Caput II

De Imperio directo.

Pater Hurtadus de Mendoza loco citato asseruit requiri ad imperium, quod actus imperatus sit reflexe et explicite volitus a actu imperante, qui non penes ipsum potest, quod unus actus imperet alium, nisi ... ipsius existentiam illum. Et contra vero Pater Ripalda tomo 1° de ente supernaturali, disputatione 66, sectione 3, paragrafo assertio 2 defendit posse voluntatem imperium ... directe exercere in actum internum, quin reflexe, et expli

At explicite velit expressum actum imperatum, quandoqui dem imperium illud solum fertur ad actum externum. Probat Arriaga suum imperium hac ratione. Eo ipso quod quis amet di vinam bonitatem directe movetur voluntas ad observan tiam divinae legis, quin amor aliquis reflexus, et ex plicitus intercedat circa observantiam praeceptorum. Unde si urgeat praeceptum actus religionis potest voluntas ex vi amoris divinae bonitatis determinari ad actum religio nis, quamvis religionis actus non esset praevisus per aliquem actum antecedentem hoc, praeter amorem solum, ob externum cultum voluntas ponere actum religionis; solet ergo esse eiusmodi imperium directum.

Ego vero existimo hanc in utramque doctorum discordiam esse de solo nomine. Si per imperium intelligas actum, qui ultra motionem, quam exercet respectu alterius, habeat pro obiecto explicito alium, ad quem movet, certum est amorem illum divinae bonitatis non esse imperium respectu actus religionis, quia solum habet pro obiecto divinam bonitatem. Si vero per imperium intelligas actum quemdam moventem, et excitantem voluntatem ad ponendum alium, licet non habeat pro obiecto alium, ad quem movet, cui explicationi ego pro praesenti acquiesco, certum videtur amorem illum divinae bonitatis habitum rationem imperii.

Ratio igitur data est efficax, quia stante illo amore movetur, et excitatur voluntas ad observantiam divinae legis et consequenter ad actum religionis, quando aliquid praecipiat. Quid ergo deficit ad rationem imperii, nihil vero. Nisi quaestio de voce facere. Itaque stante intensione finis movetur, et excitatur voluntas ad electionem mediorum, quare poenitentia in

Intensio finis imperans ellectionem, sic similiter stante illo amore movetur et excitatur voluntas ad id, quod pro eius obiecto adeo, quare congruenter dicitur esse virtualis ille amor imperium observantiae praecepti.

Quod si dicas amorem illum divinae bonitatis esse virtualem volitionem observantiae mandatorum, sicut et intentionem finis esse volitionem virtualem mediorum, et consequenter amorem illum divinae bonitatis esse volitionem virtualem actus religionis, quando eum hic praecipit, cum multi recentiores, qua reflexio haec virtualis non facit, quod amor ille habeat pro obiecto explicito actum religionis.

Quapropter amor potest imperium non habens pro obiecto explicito actum imperatum, quod est contra id, quod contendebat Hurtadus. Et tamen vera haec reflectio virtualis nil aliud est, nisi quod amor ille moveat voluntatem ad observantiam mandatorum, et quod intensio finis moveat voluntatem ad ellectionem medium. Contra hanc doctrinam unum vel alterum argumentum opponit Hurtadus, quod loco dissolvam.

Disputatio 6.

De voluntario interpretativo.

Hic accipitur voluntarium interpretativum pro voluntario quod praesumpto cuius intelligentia natura est ad solvendas materias morales explicandas. Duobus modis potest esse praesumptum voluntarium. Primo quando tales occurrunt circumstantiae, ut prudenter iudicetur, quod si proponerentur illi, qui debebat consensum praestare, sine dubio consentiret. Hic capitur ad aliquod consensus, qui est. Potest enim

cõmuniter appellari voluntas, sive cons. cõditionalis. Secundo quando ex aliqua circunstantia prudenter iudicat actualiter adesse voluntatis in eo, qui debet consentire. Haec appellatur consens. qui est et potest etiã appellari voluntas absoluta, sive absolute existens. Huiusq. nã explicationes, solvendo difficultates aliquas, quae licet ex aliis materiis videant huc arcessitae, conducunt in hunc institutum.

Caput Primum
Utrum aliquando in materia iustitiae liceat operari ex voluntate ficta conditionali.

Diximus disp. 2, cap. 4, quod ad exercendas actiones illas, quae ut licitae fiant, solum petit quod fiant non invito Domino, sufficiat consensus ille conditionatus qui esset, si hae circumstantiae ponerent affectus ab aliqua exemptione obligatione restituendi. Si n. debitor hic et nunc differat solvere creditori prudenter credens, quod in dilatione solutionis consentiret, sine peccato differret restitutionem, quia sic operat ex voluntate creditoris conditionali praesumpta. Videndum est qualis, ac quantae veritatis habeat hoc exemplum; etiam in materia iustitiae, qualis est haec liceat aliquando operari ex voluntate illa conditionali praesumpta.

Cum est condonatio, sive donatio creditoris potentis condonare vel donare si libere fiat liberare debitorem ab obligatione restituendi, sicut, et voluntas dilationis liberare a obligatione tantum restituendi. Dixi si libere fiat, exclu

ex adulterinis quaeque cum fraude mea et ... Inde non sunt securi in conscientia mercatores, qui defectu ... in ... protextu ... fugiunt ad ... ut ... accordant ... creditoribus ex ... qui ... de ... singulis parte remittunt, quam revera creditor ... vere potuerit.

Dixi deinde potentes donare, quod non sese possunt donare vel dominire aequo in alio loco ... tamen ... praecentum casus illos, qui communiter ... Primus est, ... Episcopus visitat ecclesias et ... accipit, aliquid praeter ... naviorum ad victum ... die ... visitationis ... Secundus est de Iudice delegato accipiente aliquid a partibus, nisi forte ... aut ... ex ... liberalitate ..., quod ... animos ... vel accipiente ... expensas ... plus quam moderatas expensas vel aliquid accipiente quando partes sunt notabiliter pauperes.

Tertius est quando Inquisitores haereticae pravitatis praetextu officii pecunias extorquent. Quartus est quando Canonicus absens est horis, debet distributiones ... ... vel ... restituere. In his 4 casibus ... ..., tanquam ... non esset; quapropter hi omnes restituere tenentur, sive fiat, sive non fiat creditorum condonatio, quia condonatio creditoris ipso iure invalida, nam condonatio ... ... creditorum ab obligatione restituendi.

Hoc supposito asserendum est, remissio creditorum non ... ... actualiter, sive ... ... actualiter adesse ... creditore sufficientes esse ad liberandum debitorem a onore restituendi.

In hoc conveniunt omnes breviter probatur: interim durat obli-
gatio restituendi, usquequo retinetur res aliena invito
Domino. Sed quandocumque datur non solum voluntas expres-
sa, sed prudenter praesumitur adesse in creditore voluntatem
condonandi non retinetur res aliena invito domino, quia
prudenter praesumitur dominum non esse invitum: igitur non solum
ex voluntate expressa, sed etiam ex voluntate actuali
praesumpta aufferri potest obligatio restituendi.

Asserendum est 2.o

Asserendum est 2.o sufficere voluntatem
illam conditionalem praesumptam ad excusandum debitorem ab
obligatione, vel saltem restituendi, vel omnino restitu-
endi, prout fuerit voluntas creditoris praesumpta.
In hoc conveniunt Doctores, quos in capite sequenti re-
feremus, ex quo probatur primo: non peccatum furti ut capite sequenti
videbimus, quando quis accipit rem ab alio credens,
quod si petiisset dominus concessisset modo postea explicando:
igitur si prudenter credat quod si petiisset liberari
ab onere restituendi, dominus quidem liberaret, nulla
relinqui potest obligatio restituendi.

Probatur secundo ratione
a priori: quamvis non adsit voluntas positiva creditoris
remittendi debitum, non tamen adest voluntas formalis, vel
virtualis prohibendi retentionem illius, quando datur funda-
mentum sufficiens ad formandum prudens illud iudici-
um. Sed quandocumque non adest voluntas formalis, vel virtua-
lis prohibendi retentionem, licita est retentio, quia nil fit
contra voluntatem domini: igitur quando datur fundamentum suf-
ficiens ad formandum prudens illud iudicium, et revera format,
licita est retentio, sive non restitutio ex voluntate illa
conditionali prudenter praesumpta creditoris.

Caput 2

Utrum et quando sine peccato possit aliquis rem alterius accipere ex voluntate illa conditionali praesumpta creditoris.

Ordinarie quaeri solet, an licite, quando aliquis [illegible] restituendae et praesumit prudenter voluntatem illam conditionalem creditoris, et ex eadem modo [illegible] furti reus accipiens alienum absque actuali Domini licentia, quando prudenter creditur Dominum petita licentia concessurum. In qua [illegible] defendunt non esse furti reum taliter accipientem [illegible] Rosella, Angelus, Silvester, Tabiena, Aragon, Sayrus, Pater Lessius, quos refferunt et sequuntur Pater Thomas Sanchez, libro de statu religioso, cap. 19, n. 13, Cardinalis de Lugo, tomo 1 de iustitia, disp. 21, sect. 4.

Probatur [illegible] quo casu praecedenti proximus non committit peccatum furti, [illegible] non accipit contra voluntatem rationalem aut virtualem Domini. Sed quando occurrunt hae circumstantiae res non accipitur contra voluntatem rationalem aut virtualem Domini. Ergo qui accipit in his circumstantiis non committit peccatum furti. Probatur maior [illegible] sententia omnium Doctorum.

Minor est certa; furtum enim communiter definitur acceptio rei alienae invito Domino. Probatur minor: imprimis talis acceptio non est contra voluntatem rationalem, quia quando concurrunt circumstantiae supradictae nulla adest actualis et rationalis voluntas in illo qui rem accipit, contra quam sit talis acceptio. Quod si aliquando adesset voluntas actualis, et rationalis non esset fundamentum ad praesumendum Dominum petita licentia concessurum, quando [illegible]

Quod in praesenti supponimus.

Quinimo potest esse tantum accessio voluntatis virtualis, quae ex dicto fundamento, quo decursu nimis accipere sumendum Dominus consentiret, potius ex illo fundamento deducitur esse nupta, quo contra voluntatem virtualis domini. Immo fundamentum hoc potest convenienter appellari voluntas virtualis Domini, quae ex illo funditus ex radice, et virtute oritur voluntas actualiter concedendi, si haec circumstantia proponerentur.

Ad maiorem explicationem advertendum, quod aliquando contingit Dominum quidem esse invitum circa acceptionem alicuius rei, quoad determinatum aliquem usum, ut si advertendum fornicandum, ludendum, etc., non vero quoad alios usus, ut si ad comedendum, ad vestimentum etc.

Quando contingit, ut non expresse quod Dominus sit invitus quoad usum illum, sit etiam invitus quoad substantiam rei, peccaret mortaliter accipiendo et omnino peccatum furti, et dat obligationem restituendi, quia Dominus censetur invitus, neque iudicat concessam facultatem quoad finem, sua quoad substantiam rei, ut defendit Pater [illegible] ... cap. [illegible] disputatione 8, Pater Thomas Sanchez, loco citato, et alii.

Contingit vero aliquando licet Domino displiceat modus ille accipiendi pecuniam, atque licentia sine expressa, tamen ferunt displiceat illud, ad quem pecunia accipiatur; nimirum accipio hac scribendo, licet ad [illegible], ad [illegible] finem rei filio petenti Pater concederet facultatem, regulariter tamen loquendo ex hoc non incurrit postea obligationem restituendi, quia Pater non erat invitus circa substantiam acceptionis, sed circa finem ad quem accipit. Mas licet dicto deceat in acceptione, postquam tamen res. Ita est consummata, non est Pater invitus regulariter loquendo quoad retentionem.

Ex his haec omnia attente consideranda sunt. Primum est, quod oportet stare, quod Domino ...

Dupplicat magis illi obedientiam secundum aliquam licentiam eius consen-
sus, non tamen displiceat substantia acceptionis. Secundo, in hoc
casu dicimus, quod licet committat peccatum accipiendo sine licentia
expressa, non tamen committit peccatum furti, neque datur obligatio res-
tituendi. Secundum est, quod si quando filius familias accipit pecuniam
displicet Domino, committit peccatum furti accipiendo ad illum finem,
quia tunc praesumitur non poterit Dominus consensum facturum, si peteret
vel sciret pecuniam in illum finem dispendendam esse. Tertium est quod
licet servus in hoc casu committat peccatum furti in acceptione, non tamen
semper versatur obligatio restituendi, quia bene potest esse Dominus in-
vitus quoad acceptionem, non tamen quoad retentionem ut contingit frequen-
ter in filio renuente parentibus dominis. Haec ex dicendis amplius ex-
plicabuntur.

Cum Pater Thomas Sanchez doceat hanc fere totam doctrinam loco supra citato mirandum est, quod Lessius in praecitato casu doceat non excusari quempiam a restitutione rei alienae, ex eo quod sciat petita a creditore remissionem concedendam esse, et magis mirandum, quod dicat nullum Doctorem excusare hunc hominem ab obligatione restituendi, quia ipsa in eodem processit, meo iudicio, a vera doctrina, cum in hoc casu et probetur a praecedenti conclusione veteribus et alternamus, licet a contrario alii Lessius inaccessibiliter quam plures et graves auctores asserunt et nos explicavimus.

Caput 3.

Aliqua ex argumentis proponuntur et dissolvuntur.

Primum est: retentio vel acceptio rei alienae facta ex illa voluntate conditionali non est ex voluntate Domini; igitur peccatum furti committit qui accipit, vel retinet rem alienam ex illa voluntate conditionali. Probatur antecedens: voluntas pure conditionalis absolute et simpliciter nihil est, saltem, nec licentiam praestat: igitur acceptio vel retentio ex illa voluntate conditionali non est ex aliqua Domini voluntate. Confirmatur; quia cum non adest voluntas Domini, qui absolute et simpli-

Si non universaliter sit acceptio vel retentio rei alienae non potest continere malitiam furti, quandoquidem excusata voluntate Domini rei.

Respondeo primo: ita acceptio vel retentio rei non contrahat malitiam furti, non requiritur positiva voluntas Domini antecedens; sufficit enim quod non sit contra voluntatem Domini. Ergo, ut probatum est, quando aliquis prudens iudicium efformat, nihil rationabiliter contra voluntatem Domini non habet malitiam furti. Respondeo secundo acceptionem et retentionem illam esse ex voluntate virtuali Domini, quae eo ipso quod creditor sit pater vel amicus valde dives, in quem debitor quondam plura beneficia contulit, talisque sit erga debitorem propensus, ut si peteret, licentiam obtineret, dari, et intelligitur in hoc aggregato circumstantiarum voluntas virtualis creditoris.

Secundum argumentum est: quamvis voluntas illa interpretativa sit sufficiens ad hoc, ut Dominus non sit positive invitus, et consequenter ad hoc, ut mea usurpatio non sit furtum, quia non est contrectatio rei alienae invito Domino qualiter ad furtum requiritur, non tamen videtur sufficiens ad hoc, ut ego valide vendam vel donem rem alteri, quia ad validam venditionem et donationem requiritur dominium, quod transferat in alium; dominium autem non potest in accipiente causari nisi per voluntatem positivam Domini: ergo cum Dominus inscius est acceptionis meae, non possum valide transferre dominium in alterum vendendo vel donando, licet sufficiat consensus ille interpretativus Domini, ad hoc, ut interim non committat furtum in usum illius rei.

Respondeo valere etiam consensum illum interpretativum ad hoc, ut valide distrahatur illa res per venditionem aut donationem, quia sicut sufficit consensus ille praesumptus, ut possim rem illam mihi applicare, sic sufficit consensus ille praesumptus, ut possim rem illam applicare alteri vendendo vel donando. Dominium enim non semper causat positivam voluntatem alterius necessario; nam quando bona in nostra potestate sunt, causat in me dominium

Illustrando ita, ut eiusdem occupationis obstrunt valide con-
dere vel donare, ubi q[uo]d n[on] intendo positivo, latente voluntatem
mihi vacionatiliter repugnante, et dicente.

Secundo, itaque quando
dat fundamentum illud ad transferendum penes illum dominium, quando
venio positivo adversus voluntatem mihi dicentem, et repugnante,
proinde valde mihi et aliis eiusmodi bona applicaret, quia donationa
perpetua mei comparanti tanquam in nullius sunt potestate. Unde
ulterius q[uo]d si religiosus ex presumpta hac voluntate amici religiosa
ubi acciperet aliquid ex bonis illius non potest postea, hunc religi-
osus immutata voluntate illa reddere proprio Domino quia ipsius
applicatione abstracta fuit aquisita monasterio, et consequenter
non potest illa relinquere sine voluntate praelati.

Dico: actio-
nem conditionalis hoc, donatio illa quam Dominus fecisset si ad
verum esset has aut illas circumstantias nihil operatur de facto, quia
non censetur donatio actualiter directe ex illa voluntate vel
actione conditionali. Igitur voluntas similiter illa conditionalis
presumpta deinde interveniente loquimur nihil operatur, et consequenter
neque potero mihi applicare neque aliis ulterius. Sicut evidenter
ubi a Domino petita licentia mihi consensum eiusmodi applica-
tionem.

Confirmatur: nisi dedi aliquod signum externum, quo
Dominus expresserit suam voluntatem, non acquiro dominium illius rei,
unde collectio docet voluntatem pure internam non posse transferre do-
minium, quia cum homines non percipiant actus voluntates pure internas ali-
qua signa externa debent uti, ad donationes, contractus et
translationes vel aliquod dominium exerceant. Igitur a fortiori, quando
neque voluntas interna datur intelligi, non potest quomodo transferat
dominium.

Respondeo: quamvis conditiones requirere do

Confirmatio vel aliaque, quae absolute et simpliciter talia sit, absque insurgenti circumstantia, quae non faciunt ad dominium. Quamvis ergo ex sua voluntate conditionali originaliter acquirens dominium non acquirat ex donatione alterius, quia absolute non donatio incurreat, acquirit tamen ex mera non repugnantia, sive, quia non dat impedimentum aliquod acquirenti dominium illius vel quia dominium rei dupliciter capi potest. Primo ex donatione perfecta alterius, quae insurgentia dat, quandoquidem vera donatio actualis ante voluntatem donandi dari non potest. Secundo quando ex parte domini fuit ablatum impedimentum et non repugnantia, quia non repugnantia posita ego occupo rem illam hoc modo insurgenti capio dominium.

Ad confirmationem exemplis datis respondeo, res inveniendo illa, quae realiter requirunt ad donationem, quia hoc dominium non capit ex donatione positiva alterius, ut paragrapho praecedenti dixi. Sed ad eum modum, quo dominium capit, quando occupatio sumptum occupantis, in qua dominium capit per externam occupationem, et quia non dat impedimentum et repugnantiam ante voluntatem, sic similiter insurgenti dominium capio per externam occupationem et quia non dat impedimentum repugnantiam voluntatis domini.

Caput 4.

An eadem doctrina locum habeat in Religioso.

Contra paupertatem frangit religiosus, quoties absque illa praelatorum licentia usurpat, accipit, sumit, vel alienat rem aliquam temporalem pretio aestimabilem, sive etiam usum. Assumpser requisitis ex parte illa praelati licentia. Sufficit non licentia tacita, sive quae ex prudentibus circumstantiis praesumitur prudenter actualiter vel ratihabito. Et in casu supra posito a subdito sedente facultatem ad acceptandum pecuniam ab amico. Adverte

era

Talis tamen poena, nec exponte acceperet, nec exponte
negaret, in alio casu et subditus ex licentia tacita prae-
sumpta potest accipere pecuniam.

Difficultas est, an ex prae-
sumptione illa conditionali praesumpta possit religiosus ali-
quid accipere sibi, quin peccet contra votum paupertatis. De-
fendunt non peccare contra votum religiosum hoc modo accipi-
entem Navarrus, Mendoza, Navarra, Emmanuel Ro-
driguez, Pater Lessius, Pater Rebellus, et alii, quos
refert Pater Thomas Sanchez loco citato. Et
ratio est: quia licet modus ille clandestinus accipiendi praeiu-
dicium illatum, quam bene posset praelatus esse invitus cum modus clan-
destinus accipiendi, non autem cum substantia acceptionis se-
cundum se.

Asserendum est primo: revertendo ad dicta in capi-
tibus praecedentibus quoties ex tacita licentia praelati cum mo-
dus clandestinus accipiendi sit contra praelatum, sit tamen gra-
tus quoad substantiam acceptionis, non peccat graviter contra
votum paupertatis clandestine accipiendo. Haec conclusio
ex dictis facilis est: potest enim modus a substantia separari,
quapropter potest praelato displicere modus, non tamen ita
graviter displicere, ut ratione modi sibi displicentis
velit etiam retinere totum dominium cum substantia rei, et conse-
quenter licet peccet in modo, quod iuxta gravissimos doc-
tores non attingit gravitatem peccati mortalis, non peccat in sub-
stantia acceptionis graviter contra votum paupertatis.

Asseren-
dum est secundo: quando modus ille clandestine accipiendi
ita graviter displicet praelato, ut ratione illius vellet reti-
nere totum dominium cum substantia acceptionis, et prohibere
quantum potest rogare acceptionem, tunc non est invito praelato

Sibi quoad modum, Deus quoad substantiam rei acceptae,
quae non est in hoc impossibilitatio, imo iustissime potest prelatus habere
hunc actum, nolo quod meus subditus sine licentia accipiat,
quod si aliquando sine licentia acceperit volo retinere
totum meum ius quoad substantiam illius rei, quam sine licentia acci
pit.

Asserendum est 3° in religionibus, in quibus stricte votum paupertatis observatur, voluntatem prelatorum regulariter et frequenter esse, ut quoties licentia non petitur, velint retinere totum suum ius quoad substantiam acceptionis. Itaque ad vitandum peccatum grave contra votum paupertatis non sufficit, quod rogatus prelatus procul dubio licentiam concederet, sed ulterius requiritur, quod hunc non habeat prelatus voluntatem omnino repugnantem, et obligantem graviter, quoties licentia non petitur. Cum ergo in his religionibus habeant prelati eiusmodi voluntatem repugnantem et obligantem graviter, quoties licentia non petitur, fit quod religiosus graviter peccet contra votum paupertatis in usu, vel usurpatione illius rei, licentia non petita.

Ratio prima nostrae conclusionis est, quia si praesumptio sufficeret evidenter [illegible] praelatis, petita licentia, consequenter dissolveret religiosam disciplinam, et voti paupertatis esset observantia ad solum titulum; pauca enim in secundum comertio religiosis occurrunt, ad quae si petant facultatem a prelato non credant probabiliter concessurum; numquam ergo licentia petenda esset, quod est maxima religiosae observantiae dissolutio. Itaque vel credit licentiam concedendam vel non credit. Si credit concedendam non debet petere, quia ipsa credulitas sufficiens est ad operandum sine licentia. Si non credit concedenda, subreptitie [?] petit. Unde numquam cogeretur religiosus ex vi voti licentiam petere.

Ratio

Secundo: quia si praelatus expresse declararet se esse in usu quoad substantiam quoties licentia non petitur, non aliud esse sufficienter voluntate illa conditionale: igitur aliquid aliud requiritur in religioso ad non opperandum votum paupertatis praeter contrariae illius voluntatis conditionalis; hoc aliud non est aliud nisi negatio voluntatis actualis vel virtualis repugnantis usurpationi sine licentia, quae voluntas regulariter datur in praelatis in religionibus in quas stricte votum paupertatis observatur: igitur etc.

Confirmatur: quia licet subditus prudenter iudicat superiorem necessario esse dispensaturum praeceptum si petatur, non potest sine peccato gravi opponere praecepto graviter obliganti non petita dispensatione, quando iudicatur superior velle obligare graviter ad non opperandum praeceptum sine dispensatione: igitur similiter si subditus iudicat praelatum petitae licentiae concessurum, non potest sine peccato gravi non petita licentia usurpare vel accipere rem gravem, quando prudenter iudicat et revera iudicare debet in religionibus observantibus praelatum nolle subditum usurpare vel accipere licentia non petita.

Caput 5.

Statuitur Authoris conclusio et argumentorum solutio.

Asserendum est licet regulariter loquendo in religionibus observantibus contingat praelatum esse invitum quoad substantiam quoties licentia non petitur, aliquando tamen non sit quoad modum, neque quoad substantiam se invito. Probatur conclusio hoc exemplo: si religioso aliquis invitat principe, vel ore sui, et respectu librum, qui religiosus secum deffert, et prudenter timere potest iudicare superiorem

Nec in vita, neq quoad substantia, neq quoad modum, Sed potius ei illi placiturum, quod absq ulla dilatione offerat, et expectata eius expressa licentia.

Aliquando vero contingit, quod sit quoadmodum sit invitus; patet ab experientia quotidiana, siquidem aliquando donationem differre non potest absq rubore amico petenti: rursus quibusdam praelato valde familiaris, contristari potest magno dolore, si non concedenda licentia aliqua, quae petere non potest, nisi manifestanda occulta necessitate, cui vult providere. Non ergo credendum est in nostro, et quocumq eventu superiorem esse invitum quoad substantiam donationis, vel usurpationis.

Quapropter merito, et non illi casus prudenter praesumitur superiorem pati subditorum infirmitati, et frequenter malitiam. Ea malitia prudenter expendenda non peccat religiosus etiam in religione nostra, in qua stricte votum paupertatis observatur accipiendo, vel donando ex voluntate illa rationabiliter praesumpta. At vero postea religiosus, cessante impedimento propter quod tunc usus est tacita licentia, teneatur manifestare praelato acceptionem, vel donationem, ne communis socii discutere! Videat Pater Sanchez, et Cavalcanus socii citati.

Oportet 3. alter nostrae doctrinae esse in sequenti. Volumus non agentes de obligatione restituendi, et de furto, posse ex illa voluntate rationabiliter praesumpta differri restitutionem, vel auferri obligationem omnino restituendi, et non committere furti peccatum ante ex voluntate domini conditionali praesumpta: sed autem agendo de religiosis docemus non esse sufficientem ad liberandum religiosum a peccato contra paupertatem, quod certum prudens existimat, quod si licentiam petat, concederet.

concedet. Respondemus nostra doctrina summa
sequentia esse cohaerente. Docuimus, quod quoties cumque
Dominus praesumit ex prudentibus rationibus, habere
tacitam vel actualem suam condonationem, vel usurpationem
nullum dari peccatum in non restituendo, vel usurpando
res ipsius asseruimus de religiosis. Docuimus deinde
quod quoties cumque Domino displicet finis aliquo pecu-
nia, vel aliis rebus usurpant, nullumque tunc dari volun-
tatem etiam interpretativam praesumptam, ex qua liceat usurpa-
re ... Dominus prudenter utatur interpretativa quoad
substantiam et usurpationis in ordine ad eiusdem finem. Talibus
iudicamus ... supra satis.

180

Praeterea Dominus se
... Domino aut ... [illegible] ... aut ...
... sine ... actuali ... concedentis
... quoad substantiam usurpationis. ... [illegible] ... in
... Superius ... [illegible] ...
quod ex modo ... [illegible] ... actuali
... regulariter et frequenter non ... Dominus
... quoad substantiam, quoties prudenter ...
... [illegible] ... at vero in ...
servantibus ... et frequenter ...
... quoad substantiam usurpationis, ...
non ...

Ratio huius differentiae est, ... [illegible]
... attenta ... [illegible] ...
ad ... [illegible] ...
... ex ... [illegible] ... modus ...
... quoad substantiam, et frequenter ...
... vel ... potest ...
non esse ... quoad substantiam, licet sit in ... quoad

... [illegible] vero attendit ad obligationem [illegible] voluntario res[illegible], quae petit recursum ad superiorem.

[illegible] Objectio

necessario debet modo censeri, quia repugnantiam et [illegible] continet inclusam, quoad [illegible] facultatem universalis actualis, vel virtualis qua [illegible] recurrat ad illum, repugnant usurpationi vel donationi quoad substantiam, si licentia non petatur. Qua voluntate [illegible] haberet dominium temporalium, redderet etiam inclusam quoad substantiam usurpationem antecedenter. Unde pares essent religiosi et quilibet alius. Haec in voluntate repugnat et [illegible] dicens [illegible] officium in [illegible] repugnat vere religiosorum. Non tamen in domino alio.

Opponitur 3a.

4 assertum: necessitas licentiae praelati in religioso nascitur ex voto, quo se obligavit ad non utendum rebus temporalibus nisi dependenter a voluntate praelati, [illegible] designare [illegible] licentiae [illegible]: igitur non potest dari casus in quo religioso liceat accipere vel donare ex licentia praelati solum conditionali. Probatur minor, quia si liceret religioso aliquando operari ex praesumptione voluntatis conditionalis praelati, liceret operari absque dependentia ab actuali voluntate praelati.

Respondetur votum paupertatis nihil aliud in religioso causare, nisi reddere illum pauperem. Unde sicut pauper, qui nihil proprium habet, non potest uti rebus temporalibus, nisi ex voluntate expressa, vel praesumpta domini; sic religiosus, qui nihil proprium habet, nec habere potest, non potest his bonis uti, nisi ut pauper, hoc est, ex voluntate expressa vel praesumpta praelati, a quo dependet, sicut pauper a voluntate domini, quapropter haec dependentia, quam causat

ubi præsumptio, a voluntate præ[illegible], n[illegible] tempore a voluntate [illegible] existente.

Caput 5

An liceat operari ex voluntate conditionali præsumpta, in quibus, et quibus casibus.

[illegible] an et quomodo liceat uti voluntario præsumpto in materia [illegible]. Videamus modo an liceat explicite operari in rebus, quæ dependent a iurisdictione, et auctoritate [illegible]. [illegible] dixi [illegible] cap. 4. quod quando quis probabiliter [illegible], quod ab Episcopo [illegible] facultatem audiendi confessiones, [illegible] eet [illegible] non potest ex hac voluntate præsumpta conditionali confessiones audire: requiritur enim ad confessiones dependentes a iurisdictione validè et licite [illegible] positivus Episcopi consensus.

[illegible] Licet prudenter præsumatur voluntas conditionalis Episcopi [illegible] facultatis ad confessiones audiendas, si petatur, non possunt validè audiri [illegible] confessiones ex illo voluntario præsumpto, quandoquidem requiritur voluntas actualis [illegible] facultatis. Cæterum si ex prudentibus [illegible] [illegible] Episcopum habere voluntatem, et consensum actualem, licet expresse verbis non declararet, ex [illegible] voluntatis actualis in episcopo præsumptæ possunt validè et licite confessiones audiri, [illegible] [illegible] requisitis.

[illegible] intelligentia [illegible] [illegible] præsumptionis, quo asserimus esse sufficientem, de vere [illegible] [illegible] in [illegible] [illegible], [illegible] [illegible] prudenter existimet sacerdoti [illegible] iurisdictionem [illegible] [illegible]. Unde non sufficit voluntas mere interna Episcopi, [illegible] [illegible] sacerdos validè confessiones excipere, quia voluntas mere interna [illegible]

-sses nisi operari, qui non possunt actus internos nisi mediante externis signis cognoscere. Neque sufficit expressa licentia petitio, quia ex petitione licentiae permissione nunquam intelligitur concessa facultas.

Ratio autem, cur non sufficiat consensus ille conditionatus Episcopi, si licentia petatur, sed requiratur licentia actualis saltem, et consensus tacitus, qui ex prudentibus coniecturis sufficienter praesumatur, et cognoscatur. Haec, quia ad valorem absolutionis requiritur iurisdictio actualis ex parte conferentis actualiter absolutionem. Sed non datur iurisdictio actualis in Sacerdote, nisi detur ex parte Episcopi voluntas aliqua actualis sic conferens iurisdictionem: igitur requiritur voluntas aliqua actualis in Episcopo, ut absolutio valide ministretur.

Confirmatur, quod absolutio illa data a sacerdote existimanti prudenter praesentatum consensum iurisdictionem, si petat, non facit, ut sit absolutio data a iudice, sed quod sit data a eo, qui postea fiet iudex ex consensu superventuro Episcopi quando facultas petatur. Sed absolutio data a non iudice ... est invalida: igitur absolutio data ex solo consensu illo conditionato pariter est invalida. Videatur Pater Suarez tomo 4 in 3 parte, disp. 26, sectione 5.

Ubi maxime oportet notandum est, iurisdictionem aliquando requiri ad substantiam, et valorem actus, aliquando vero requiri solum ad debitum ordinem, et gubernationem servandam. Quando ergo iurisdictio requiritur ad valorem actus, validus dari non potest sine iurisdictione praesupposita, ut contingit in Sacramento poenitentiae, in quo absolutio sacramentalis est invalida sine potestate iurisdictionis. Quando vero iurisdictio solum petitur ad debitum ordinem et gubernationem, potest dari actus validus sine potestate

7

iurisdictionis, non tamen licite exercebitur, ut contingit in administratione Sacramenti Eucharistiae.

Quo praenotato doctrina tradita de voluntate dandi iurisdictionem actualiter praesupposita intelligenda est, quando iurisdictio requiritur ad valorem, et consequenter absolutio Sacramentalis valide dari non potest nisi ex voluntate actuali Episcopi saltem probabiliter ex signis externis praesumpta; potest tamen administrari a sacerdote sacramentum Eucharistiae, si aliunde non desit defectus iurisdictionis et facultatis, ex praesumptione consensus postea praestandi, sive ex voluntate conditionali pastoris probabiliter praesumpta, ut expresse docet Pater Suarez tomo 5 in 3 parte disp. 72, sect. 4.

Ratio data iterum instauratur, quia valor actus supponit essentialiter quod requiritur ad valorem, sed non solum potestas ordinis, sed etiam iurisdictionis requiritur ad valorem absolutionis sacramentalis: igitur non solum potestas ordinis, sed etiam iurisdictionis praesupponitur ad absolutionem sacramentalem, cumque potestas iurisdictionis concedenda non sit potestas iurisdictionis actualis, non potest ex illa actualiter valide conferri absolutio sacramentalis.

Potestas vero iurisdictionis, quae requiritur ad licitam Eucharistiae dispensationem solum est ne multitudo fidelium confundantur, et ut unusquisque agnoscat curam proprii parochi, et pastoris a quo sacramenta recipiat, quapropter quando prudenter iudicat proprium pastorem rationabiliter contentum, quod sua ovis ab alio sacramenta recipiat nullum dabit peccatum in Eucharistiae dispensatione facta ex hoc prudenti iudicio, sive voluntate praesumpta.

Caput 11

An possit Sacerdos aliquis assistere Matrimonio prudenter iudicans Parochum Concessisse facultatem. Neg. Petazin.

Praemittendum est 1o, Matrimonium sine Parocho et testibus post decretum Tridentinum celebratum manere prorsus irritum, et invalidum, cuius ratio facilis est, quia non permanente valore contractus matrimonialis subsistere non potest matrimonium ipsum; sed sine praesentia Parochi, et testium stare non potest valor contractus matrimonialis quandoquidem sine his praecedentibus personae non sunt habiles ad celebrandum hunc contractum: igitur sine praesentia Parochi, et testium subsistere non potest matrimonium ipsum.

Praemittendum est secundo ad maiorem huius puncti declarationem sufficientem esse ad valorem matrimonii assistentiam Parochi alterutrius contrahentium, saltem si sit Parochus illius contrahentis, in cuius parochia matrimonium celebratur, ut si in parochia sponsi sufficit parochus sponsi quando in parochia sponsae sufficit parochus sponsae. Ratio est, quia matrimonii contractus est individuus, ita ut ab uno sine altero celebrari non possit: igitur parochus ille, qui sufficiens est ad iungendum unum sufficiens est ad iungendum alterum. Sed quando matrimonium celebratur in parochia sponsi sufficiens est ad iungendum sponsum Parochus, et quando matrimonium celebratur in parochia sponsae sufficiens est ad iungendum sponsam Parochus: igitur etc.

Parochus non debet necessario esse Sacerdos, ut valide intersit matrimonio. Ratio est, quia decretum Tridentinum tantum exigit testimonium Parochi fide dignum de matrimonio contracto; dignitas autem Parochi efficit, ut ipsi fides adhibeatur, sive sit sive non sit Sacerdos. Unde si Parochus non sit sacerdos, vel etiam

5

Nec licet parochus e anno elapso non fuerit parochialis collatione vel quo ratione studii aut pensant Episcopus, ne intra septennium ad sacerdotium promoveat, poterit valide interesse matrimonio.

Premittendum est posse parochum, licet non sit sacerdos, concedere alteri sacerdoti facultatem assistendi matrimonio, ita ut valide sit tale matrimonium assistente ipso Parocho, quam alio Sacerdote de ipsius parochi licentia. Cum quo nullum est fundamentum, ut parochus non possit huiusmodi facultatem alteri sacerdoti concedere, dum potissime, quae ita declaratum est a sacro Tridentino sessione 24, cap. 1o: Qui aliter quam Praesente Parocho, vel alio Sacerdote de ipsius Parochi, vel ordinarii Licentia.

His expositis difficultas est quando voluntas Parochi praesumpta sit sufficiens, ut possit unus sacerdos valide assistere matrimonio. Primo certum mihi est, quod ad aliquid valide non requiri licentiam specialem, sed sufficit generalem. Quapropter si Parochus concedat alicui sacerdoti licentiam ad exercendum in sua parochia quae ad animarum curam pertinent, ex vi huius licentiae generalis potest sacerdos valide assistere matrimonio. Nec contra hoc potest opponi aliquid quod sit alicuius ponderis.

Ex vi tamen licentiae qua Parochus concedat alicui facultatem administrandi omnia sacramenta, non intelligitur inclusum matrimonii sacramentum, quia facultas illa de sacramentis maxime necessariis, qualia sunt poenitentia et Eucharistia communiter intelligitur, sicut clausula Bullae Cruciatae sibi facultatem continens communiter intelligitur. Videatur Pater Thomas Sanchez tomo 1o de Matrimonio ... 3

Disp. 3, nº 8.

Certum deinde est praesumptionem voluntatis actualis non existentis in parocho, sed ex prudentibus conjecturis, et signis sufficientibus habitam sufficere, ut possit sacerdos valide interesse matrimonio, hinc quia expresse id tradunt probat; tum quia id tradunt plures juris consulti scientia, et patientia in iis quae sunt modici praejudicii operantur consensum; sed assistentia Matrimonio modicum, aut nullum praejudicium affert parocho: igitur scientia, et patientia parochi inducit consensum et licentiam legitimam ad assistendum matrimonio. Unde si sacerdos sciente parocho, neque expresse consentiente, neque expresse negante, assisteret, validum esset matrimonium.

Quaestio praeterea difficilis reducitur ad praesumptionem, qua prudenter judicat Parochum consensurum, si peteret ab ipso facultas assistendi. in qua cum communi DD. sententia defendo non esse sufficientem eiusmodi praesumptionem, ut sit validum matrimonium illud. Ratio est, quia Matrimonii valor dependet a praesentia Parochi, vel alterius sacerdotis repraesentantis dignitatem Parochi ex commissione, et delegatione Parochi. Sed in praesenti casu sacerdos ille non repraesentaret personam Parochi ex commissione et delegatione illius: igitur non esset validum matrimonium illud.

Probatur minor: non potest quis repraesentare dignitatem, et personam alterius ex commissione et delegatione illius, nisi praesumatur voluntas alterius constituendi illum suum Vicarium in ordine ad illam repraesentationem, sicut prorex non potest actualiter repraesentare personam Regis, nisi praesupponatur actualis aliqua voluntas in rege constituendi illum suum Vicarium in ordine ad gubernationem regni, vel provinciae. Sed in praesenti casu nulla talis voluntas praesupponitur ex parte paro

Parochi: ergo sacerdos ille non repraesentaret personam Parochi, et consequenter non esset validum matrimonium illud.

Solum postremo desiderabis clarum disparitatem, cur ex voluntate conditionali praesumpta Domini, acquirat dominium, non vero ex voluntate conditionali praesumpta Episcopi, vel parochi acquirat iurisdictionem ad absolutionem sacramentalem impendendam, et ad assistendum matrimonio. Disparitas est ista, quia ad operandum licite in materia iustitiae nihil aliud requiritur, nisi quod Domino non fiat iniuria aliqua in acceptione, vel retentione: unde solum requiritur, quod eiusmodi actiones non sint invoLuntariae: Evidentissimum autem est, quod quando datur cognitio prudens voluntatis conditionalis, neque datur cognitio contrariae voluntatis Domini, nulla fit iniuria, et actiones illae non sunt involuntariae Domino. Nec ergo peccat contra iustitiam.

In casibus vero aliis de Sacramento penitentiae, et matrimonii aliquid aliud requiritur, et evidentissimum est, nimirum, quod actiones illae sint positive voluntariae Episcopo, et parocho. Si ergo requiritur, quod sint voluntariae positive, aliqua voluntas positiva concurrere debet in Episcopo, vel parocho, qua deficiente, neque sacerdos poterit valide absolutionem Sacramentalem impendere, neque assistere matrimonio valido.

Disputatio 7.

De involuntario, et violento.

Post explicatam voluntarii rationem, et eius praecipuas divisiones, de involuntario in sequenti disputatione nobis est, cuius explicatio secundum tractatus nostri partem, et sciendo de locum moralis principii obtinet. Occasione involuntarii plures alii termini nobis erunt enucleandi in hac materia frequentes, nimirum Invitum, Coactum, Necessarium, et Violentum.

Caput 1.

Quid sit involuntarium

Involuntarium, ut in praesenti communiter notatur, tripliciter accipi potest. Primo negative. Secundo privative. 3 contrarie. Involuntarium negative sumptum dicitur quod non est voluntarium universaliter loquendo. Hac ratione omnia sunt involuntaria agentibus non cencitivis, v.g. lapidi, ero lante, quia his nil voluntarium est, quando quidem cognitione carent. Haec acceptio latissima est, de qua in praesenti nil curandum.

Involuntarium privative dicitur illud, quod non est voluntarium respectu subiecti, cui voluntarium esse poterat. Exemplum est, comedit quis carnes die Veneris ignorans illo die carnes esse interdictas, transgressio illius prohibitionis est involuntaria privative, sive non voluntaria, quia nil volitum, quin praecognitum; quapropter est involuntaria, quatenus poterat esse voluntaria, si sciens ille transgrederetur praeceptum non comedendi carnes. Hoc involuntarium privativum dicitur formaliter actum capacem quidem voluntarii, carentem tamen illo propter defectum alicuius essentialiter requisiti. Haec acceptio non adeo lata est, de illa tamen nobis loquendum non est.

Involuntarium contrarie, sive positive est illud, quod est contra positivum actum, sive appetitum ellicitum voluntatis. Sicut enim motus progressivus ad lusum dicitur voluntarius, quando est ex actu appetitus imperantis eiusmodi motum; sic dicitur involuntarius, quando est contra actum appetitus renuentis, et detestantis eiusmodi motum. Hoc involuntarium, quia importat actum positivum, consequenter nolontarium a Theologis appellatur. Involuntarium vero negativum, et privativum, proprius non voluntarium appellatur. De hoc involuntario sermo nobis futurus est.

Diffinitio in

In explicando actu illo voluntatis, cui actus involuntarius opponitur, inter quos haec contrarietas exerceatur. In primis non potest esse contra aliquem actum inefficacem. Plura namque fiunt cum nolitione inefficaci voluntatis, quae tamen absolute voluntaria dicuntur. Sic Mercator habet actum quemadmodum inefficacem non iiciendi merces in mare, quando naufragium patitur absolute tamen iicit voluntarie: Hominibus etiam absolute sunt voluntaria peccata, quae cum aliqua displicentia, vel actu inefficaci voluntatis committunt. Sic Christus Dominus substinuit voluntarie mortem, et aliquomodo humana natura restitit.

Deinde non potest esse contra actum aliquem efficacem voluntatis, nam vel id quod involuntarie sustinet voluntas potest impedire, vel non potest impedire. Si impedire potest, implicat quod absoluto, et efficaci actu velit non pati illud, et tamen versa non impediat, et consequenter illud non potest contingere involuntarie, voluntati illius dominium habentis talis actus absoluti, et efficacis resistentis. Si non potest impedire non poterit habere actum absolutum et efficacem, quo illud nolit, nam huiusmodi actus non est nisi de obiecto sub eiusmodi possibilitate, ut contingit in hoc qui ducitur ad patibulum, ubi certam mortem sibi, et nunc inevitabilem esse, qui non potest habere hunc actum nolo mori, sed simplicem quemdam affectum, quo dicitur, nollem mori. Unde videtur inexplicabile contra quem actum voluntatis contingat id, quod involuntarie contingere dicimus.

Respondeo. Affirmat ex Patre Suarez requiri ad involuntarium simpliciter talem affectum voluntatis qui sic avertat animum ab obiecto nolito, et quamvis non excludat absolute, et sine nullo addito. Quod tale obiectum existat, excludat, quod obiectum existat voluntate talis existentiam absolute volente, ita quod obiectum non sit existens voluntatis absolute requirentis, sed aliunde ex aliis causis. Itaque advertendum, quod

Obj illud absolute existat, et aliud est, quod existat extra affectum voluntatis. quamvis ergo absolute existat, non tamen existit absolute extra affectum voluntatis. unde simpliciter involuntarie convingit. Quandoquidem est a voluntate positive, et efficaciter extra eius affectum repugnante.

Explicuit optime doctrinam nostri Suarez Pater Ribadeneira asserens, utroque casu posse latitudinem inveniri. Aliquae, inquit, sunt volitiones, quae impediunt non solum, quod animus beat volitione absoluta nolitam obiecti, sed etiam impediunt, quod animus permittat existentiam eius obiecti. Aliquae vero sunt, quae tametsi prohibeant volitionem absolutam eius obiecti, non tamen illius obiecti permissionem. Sufficit ergo ad constituendam involuntarium simpliciter quod obiectum sit nolitum per nolitionem excludentem volitionem absolutam illius. Non autem requiritur, quod sit nolitum per nolitionem excludentem permissionem illius.

Hac ratione Deo sunt simpliciter involuntaria nostra peccata, quia licet sint per nolitionem divinam non excludentem illorum permissionem, sunt tamen per nolitionem excludentem quamcumque volitionem absolutam, et simpliciter aliquam complacentiam circa peccata. Ratio a priori nostrae doctrinae est, quia talis nolitio requiritur, et sufficit ad constituendum obiectum involuntarium simpliciter, quae est talis affectus voluntatis excludens ab obiecto illo rationem voluntarii simpliciter. Sed illa nolitio, quae excludit quamcumque volitionem absolutam circa obiectum sufficit, et requiritur ad constituendum obiectum involuntarium simpliciter, loquendo etc.

Caput

Doctrina Capitis praecedentis Magis illustratur, et explicatio aliorum Doctorum traditur

Non sufficienter ex doctrina capitis praecedentis colligitur posse voluntarium simpliciter coniungi cum aliquo involuntario secundum quid: ratione quia mercator illic, quando naufragium imminet

Habet duos actus unum retinendi, alium proiiciendi merces in mare quorum tamen actus, quo vult proiicere absolute, et efficax est, alius vero inefficax sicut absolute voluntarie proiicere, licet dicatur cum renitentia alterius actus inefficacis, qui efficacia illius actus proiiciendi penitus extinguit inefficaciam alterius, et sequentem non removet, quod denotet Bogillum voluntarie proiicientis.

Rursus non implicat, quod aliquid sit simpliciter et absolute involuntarium, aliqualiter tamen, sive permissive voluntarium. Constat manifeste in Deo, cui sunt nostra peccata simpliciter, et absolute involuntaria per divinam nolitionem, quae habet excludentiam omnino volitionem efficacem peccatorum, non tamen excludentem permissionem eorum de peccatorum; ideo hoc, quod nolitio illa non excludat permissionem peccatorum, relinquit voluntarietatem permissivam circa peccata. Igitur involuntarium absolute et simpliciter dare relinquit voluntarietatem saltem permissivam. Recolenda sunt, quae diximus disputatione 4, cap. 8.

[illegible] fateor, quod si nolitio divina excluderet non solum voluntatem absolutam intensivam, et approbativam peccatorum, sed etiam voluntatem permissivam magis involuntaria futura esset Deo nostra peccata, quam modo sunt, quando quidem ex ipsis dicitur magis obiective involuntarium illud, quod tanto conatu renuit ipse, ut eius nolitio non patiatur, quod illud permittat, quam illud, cuius nolitio non quidem patitur, quod tale obiectum absolute vellet, bene tamen, quod permittat.

Caeterum magis decet divinam bonitatem peccata obiective esse simpliciter involuntaria non excludendo permissionem, quam excludendo illam, praecertim cum ex permissione nulla neque levissima imperfectio resultat in Deo. Ratio est, quia negari non potest magis decere divinam bonitatem relinquere potestatem liberam in creaturis, ut possint

se hectere in peccatum; et in negatione peccati, quae relinqueret creatura sine libertate ad peccandum.

Ex dictis etiam colligitur hoc involuntarium a voluntate, et positive constitui per nolitionem illam, qua voluntas refugit obiectum, et ex illius vi causetur obiectum, quod involuntarium dicitur, et denotatur. Ratione, quia obiectum illud est involuntarium hic et nunc, quatenus sic existit, ut a voluntate sit nolitum; sed per nolitionem ipsius voluntatis tanquam per formam constituitur in ratione noliti, ut evidentissimum est: igitur per nolitionem ipsam, tanquam per formam in ratione involuntarii hic, et nunc constituitur. Sicut enim inclinatio innata corporis gravis ad centrum constituit violentum in ratione talis motum illius corporis in locum superiorem, ut ex vi illius non producatur motus in locum superiorem; sic similiter inclinatio elicita voluntatis in negatione illius obiecti constituit involuntarium hic, et nunc obiectum illud, ut illud non producatur.

Explicato igitur involuntario superest modo ad explicandum aliorum terminorum, qui in hac materia frequenter usurpantur. Necessarium est quidquid sine libertate fit. Unde, ut recte, et cum toto rigore necessarium definiatur, videndum est, quae praedicata definitio possit liberum coalescat, et apponendo illis negationem recte definietur per necessaria, sive naturale.

Invitum est, quod non libenter, sed a voluntate fit. Coactum rigorose sumptum est illud, quod est a voluntate suo actu resistente. Quare coactum dicitur, quasi a actum, ut ex Durando in Secundo dist. 25, quaestione 1 notavit Pater Suares. Quamvis enim plures confundant coactum cum violento, acceptio ista tradita est propriissima huius vocis, quia inanimata proprie non dicuntur cogi, dicuntur tamen proprie violentiam pati. Hinc facile inferes invitum, et coactum in idem recidere, ac involuntarium.

Ubi notandum est, cum Patre Suarez ad invitum et coactum simpliciter, sicut et ad involuntarium simpliciter requiri, quod quis habeat simpliciter actum appetitus contrarium; non dicitur enim quis simpliciter appetere nisi quod tale efficaciter appetit. Unde quando quis projicit merces in mare propter naufragium imminens, sicut non dicitur simpliciter involuntarie projicere, sic non dicitur simpliciter invitus operari, neque proprie ac simpliciter cogi ad projiciendum. Molestiam proprie loquendo tribuit ei ignoratio cognoscitiva, quare videtur idem esse ac invitum et coactum, tamen juxta veriorem significationem addit dolorem aliquem, vel tristitiam, quae non semper afficit invitum et coactum. Notandum deinde est cum eodem Suarez, quod sicut reperitur voluntarium in se et in causa, ita reperitur involuntarium in se et in causa, cum hac tamen differentia, quod ad involuntarium in causa requiritur quod causa sit necessario requisita ad existentiam effectus, non vero ad voluntarium in causa. Ratio est evidens, quia ad voluntarium in causa sufficit ponere voluntarie causam, sive hanc, sive illam, ex qua sufficienter possit effectus provenire. Ad involuntarium vero in causa non sufficit non ponere hanc causam determinatam, cum possit esse voluntas ponendi aliam causam sufficientem ad effectum, quia non bene infertur voluntas non vult hanc causam: igitur non vult existentiam effectus. Unde requiritur quod voluntas nollit omnem causam, vel si unica tantum est, quod nollit illam, ut dicatur effectus involuntarius.

Caput 3

Utrum ipsi actus voluntatis intra eamdem voluntatem manentes possint esse simpliciter involuntarii?

Non e dubium posse habere vagos in voluntarii, secundum quid actus aliquos voluntarios in ra eamdem potentiam manentes, et alioqui efficaciter ponantur a voluntate, quia universaliter loquendo illud nobis involuntarium est, quod cum aliqua displicentia voluntatis attingitur, quod aliàs sufficienter probat exemplum eius qui repetitum de hoc proiiciente merces in mare, atque id a nobis in capite praecedenti notatum est. Solum ergo difficultas est de involuntario simpliciter, an, scilicet, in voluntate possint concurrere duo actus, quorum unus sit absolutus, et efficax resistentia alterius.

Supponendum est primo ad resolutionem huius difficultatis, tamquam nobis certum, posse actus aliarum potentiarum (idem de omissionibus proportione servata dicendum) simpliciter esse involuntarios comparatione ad voluntatem. Probatur breviter, quia stante in voluntate nolitione efficaci audiendi, videndi, deambulandi etc. potest Deus producere eiusmodi operationes, et motus non obstante efficaci illa resistentia voluntatis, in quo admittendo nullum absurdum invenio: rursus stante in voluntate volitione efficaci audiendi, videndi, etc. potest Deus denegare concursum ad eiusmodi actus producendos: igitur actus, quorum omissiones actuum aliarum potentiarum possunt esse quid involuntarium simpliciter hoc est, quia absoluta, et efficaci resistentia voluntatis, in qua involuntarium simpliciter constituimus.

Supponendum est 2, si potentia libera voluntatis libere exerceat liberos aliquos actus non posse illum esse simpliciter involuntarium. Ratio est, quia involuntarium simpliciter constituitur per nolitionem quamdam efficacem excludentem omnem volitionem absolutam illius: sed nullum actum liberum, qui libere exercitus est a voluntate potest committere involuntate

Noitioe efficasie excludentie Volitioe absolutam illius, ut evidentissimum est: igitur nullus actus liber voluntatis, qua libere potest esse simpliciter involuntarius. Quare solum superest difficultas an actus aliquis narius possit a voluntate produci, qui sit contra efficacem, et absolute resistentem voluntatem.

In qua dicendum existimo cum Patribus Arriaga et Oviedo posse actus aliquos narios intra eamdem voluntatem productos esse simpliciter involuntarios. Quidquid Doctores illi loquantur de violento, illorum tamen doctrina in voluntario potest applicari. Consentit expresse Patr Ribadeneyra de actibus humanis. Probatur 1º ab experientia: si quis mediae noctis silentio vividissime apprehendat stare ante se speciem hominis damnati ad infera vehementissimam tristitiam, pavorem, atque timorem procul dubio sentiet, quos affectus ad voluntatem spectantes ipsa voluntas toto conatu depellere nititur: qui proinde sunt contra resistentiam absolutam voluntatis, et consequenter simpliciter involuntarii.

Probatur 2º: saepe saepius in surgunt motus narii in appetitu sensitivo ad rixam, iram, vindictam provocantes, quos coercere non potest voluntas sobeat volitione absoluta et efficaci renitente: ergo similiter in voluntate poterunt excitari affectus aliqui narii, qui sint contra voluntatem absolutam et efficacem renitentem, quos coercere non poterit voluntas, quia narie excitantur. Unde non repugnabit, quod in eadem voluntate existant duo actus, quorum unus liberarius producatur, sit contra alterum absolute resistentem, et consequenter involuntarius.

Probatur 3º: stante in voluntate nolitione efficaci amandi aliquod obiectum potest a Deo divinitus infundi

Amor illius eiusdem obiecti, qui x.a, habita sententia denominabit voluntatem amantem, et volentem; sed in hoc casu amor, et volitio obiecti est quid involuntarium simpliciter: igitur solus est actus intrinsece in voluntate existens, et denominans illam amantem, et volentem, qui erit involuntarius simpliciter. Probatur minor, nihil enim aliud requiritur ad involuntarium simpliciter, quam fieri aliquid contra voluntatem suo affectu efficaci, et absoluto resistente.

Dices neque illum amorem, quem non datur esse, posse adeo quod est principium extrinsecum, a quo, et de quo a Deo producatur, non poterit denominare voluntatem amantem, et volentem. Aequivalenter emortuo modo se haberet in voluntate, quia ad hanc denominationem, cum sit vitalis, requiritur motus ab intrinseco per verum, et proprium productionem. Cum ergo non detur motus ab intrinseco voluntatis per verum, et proprium productionem eiusdem, non potest stare denominatio amantis, et volentis vitaliter.

Respondeo primo sufficere ad habitam salutem huius nostrae sententiae productionem obiecti prius [illegible] qui probatio.

Concedimus etiam hoc, quod admissa probabilitate sententiae asserentis posse actus volitionis a Deo divinitus infundi, possunt concurrere in eadem voluntate duo actus, quorum unus sit contra absolutum, et efficacem resistentiam alterius. Respondeo 2.o, quod si actus ille volitionis a Deo productus non possit praebere denominationem amantis, et volentis, propter defectum concursus voluntatis, non concurrere potest ille idem in eadem voluntate contra resistentiam absolutam voluntatis, et consequenter esse simpliciter involuntarius.

Respondeo 3, quod si ita naturae esset concursus voluntatis, ut non posset divinitus suppleri, potest iterum formari ratio facta pro nostra solutione. Stante in voluntate nostra

Motione efficaci amandi, vel odio habendi potest Deus premotione quando physice immissa predeterminare voluntatem ad elicienda intelligentia actus amoris, vel odii; sed tunc talis productio, et existentia actus in voluntate esset simpliciter involuntaria: igitur potentia est in voluntate concursus duorum actuum, quorum unus sit absolutus, et efficax alterius resistentis.

Caput 4.

Difficultatis Solutio.

Primo potest obiici: imo licet idem omnino sub esse simpliciter involuntarium, et voluntarium simpliciter: omnis actus procedens a voluntate, sive libera, sive necessarius est voluntarius, ut ambobus ipsis statutum est: igitur implicat, quod actus procedens a voluntate sit involuntarius simpliciter. Maior probatur, quia voluntarium, et involuntarium contraria omnino opposita videntur; quapropter eidem rei utrumque contrarium convenire repugnat. Minor probatur, quia actus ille, qui in voluntarius dicitur est a principio intrinseco voluntatis praevia cognitione, quae definitio convenit actui cuicumque voluntatis, sive libero sive necessario. Ergo deinde prioris syllogismi legitime infertur.

Respondet repugnantiam invenire in eo, quod idem sit simpliciter voluntarium et involuntarium simpliciter in eodem genere, non tamen in diversis. Quamvis ergo repugnet idem esse voluntarium et involuntarium in genere formali, non tamen repugnat idem esse simpliciter voluntarium in genere formali et involuntarium simpliciter in genere directivo. Nulla enim contradictio invenitur in eo, quod eadem volitio sit una positione voluntatis volentis, et velle illius, et sunt res, quas voluntas habere renuit per detestationes efficaces, non potest nisi

Rx habere, quia cogitur ab alia causa potentiori, ut ipse habeat.

Ubi observandum est id, quod dicebamus, disputatione 5a Cap. 2, nimirum actus volitionis ab extrinseco principio intra voluntatem productus non esse voluntarium, quia non est ab intrinseco principio voluntatis, licet aliquis qui denotet voluntatem volentem; ex qua doctrina facile intelligitur, quomodo actus volitionis a Deo productus in voluntate nullo modo sit voluntarius formaliter, et consequenter supra illum optime potest cadere ratio involuntarii simpliciter, ~~quia causatur a voluntate necessitata~~, quando est contra resistentiam absolutam voluntatis. Actus vero alius, qui produceret a voluntate necessitata, licet esset voluntarius formaliter, involuntarius esset in genere objectivo, quatenus illum renuit voluntas per affectum efficacem.

Secundo potest obiici: Manifesta est in terminis implicatio velle non volendo; sed si velle posset esse simpliciter involuntarium posset aliquis velle non volendo: ergo implicat, quod velle possit esse simpliciter involuntarium, et consequenter implicabit, quod actus, qui denotat actualiter volentem voluntatem sit involuntarius simpliciter. Dicitur cursus totus videtur legitimus, quia velle et non velle sunt contradictoria, quare propter est implicatorium, quod in voluntate eadem talia contradictoria consurgant, ex quibus eiusmodi contradictoria producta deducantur.

Respondetur esse manifestam implicationem velle, et non velle, quando cadunt immediate contradictoria supra unum, et idem obiectum, non vero quando cadunt supra diversa. Itaque implicatorium est, quod non velis actualiter illud idem obiectum, quod actualiter vis, non tamen est implicatorium, quod non velis illa eadem volitione, per quam actualiter vis obiectum illud, quam necessitatus ab alia causa potentiori cogeris habere contra per oppositam volitionem actualiter resistentem productioni illius ulterius, quae doctrina, si bene perpendantur termino

Continuitur 2. Inveniri duplex actus, unus cadit supra actum illum nolitionis, quo dominiae tenuit volitionis obiectum; velle autem cadit supra actum illum volitionis, quam voluntas ab aliis necessitata habet, et quo amat obiectum oppositum actui nolitionis resultante.

Utrumque videatur hoc argumentum nullius habere difficultatem retorquendo evidenter ad hominem contra adversarios. Certissimum est saepiusque, et frequenter voluntatem ita velle oblectamentum, ut sua lineaque voluntate renuat dato licentia aliqua concupiscentia. Sic igitur argumentum instauro: implicatorium est voluntatem velle non volendo voluntatem, complacere non placendo; igitur implicat, quod velle possit esse, et quod secundum quid involuntarium, si ex non dato licentia non velit, neque complaceat voluntas in dato; et ex alio vero alterius actus efficaciter velit, et complaceat voluntas in dato. Quare solutionem, quam huic argumento exhibueris, poteris doctrinae nostrae accommodare.

Ad argumentum solutionis notandum est duplex licitum non velle accipi posset. Primo negative, negando, nimirum, omnem et quamcumque volitionem, qua voluntas affective prosequatur obiectum; hoc modo verificari non potest de voluntate habenti duplicem actum memoratum, quando quidem habet actum volitionis, quo libere et voluntarie prosequatur obiectum. Secundo positive, nimirum per actum positivum nolitionis, quo voluntas revelat omnem et quamcumque volitionem, qua affective tendat erga obiectum. Hoc modo dicimus posse verificari de voluntate, quandocumque habet duplicem illum actum.

Caput 5.

Quid sit violentum.

Violentum definitur ab Aristotele 3 Ethicorum cap. 1° etiam, quod provenit ab extrinseco passo non conferente vim. Ex cuius definitionis tenore sequitur aerem, dum illuminatur, violentiam pati, et animam vero, dum illi infunditur gratia, similiter pati violentiam, quia tam illuminatio aeris, quam infusio gratiae sunt ab extrinseco,

Inquas operaoes, neq aer, neq anima nullu vi conferunt, quae im loquendi modu nullu admittit. Ideo plures vendunt Aro pilla verba passo n conferente vi idq intellexisse; ac passo resistente, seu repugnante.

Violentu, ut tale sit, duplex oram requirit alteru ex p inferentis vi, aliud ex p patientis, ex p inferentis vi requirit, quod sit extrinsecu; ex p patientis resistentiu expostulat. Violentu coe e sensitivis, et n sensitivis; involuntariu vero solu sensitivis operere ex dictis manifestu e. Violentu constituit p oppositioe cum quocumq impetu, hoc e, p oppositioe cu appetitu, sive innato, sive ellicito: involuntariu vero solu cu appetitu ellicito. Unde superius quidē violentu, quu involuntariu.

Colligit p ex dictis noe, quod e alicui naru ee ipsi violentu, vel involuntariu. Patet evidenter in amore, quo Deus seipsu amat, et in amore quo a Beatis amat, qui duo amores contra nullu resistentiu voluntatis sunt. Colligit secundo noe, quod e alicui simpliciter violentu ee ipsi naru, qa lo ille, qui ferret sursu, ferret violenter raoe ppriu gravitatis, n tm ferret nario, qa suppono potuisse illu motu sua resistentia evitare.

Colligit 3 noe, quod e alicui violentu, ee ipsi involuntariu, qa nil inanimatis involuntarie contingit, cu tm plura illis violenter eveniant, ex quo diximus latius petere violentu, quu involuntariu. Colligit 4 oe illud, quod e simpliciter, et ablute involuntariu ex resistentia abluta voluntatis posse dici violentu respu illius, qe o appetitu ellicitu eiusdē.

Dissas e qualis deveat ee vis,

Sive exigentia pati, ut illud quod contra illam fit, dicatur ipsi violentum. Pater Vasquez disp. 25, cap. 3 opinatur non sufficere resistentiam pure passivam, sed requiri resistentiam activam, ita ut res, quae violentiam patitur debeat concurrere active in illud, quod ei violenter aufferetur, hoc est nullo modo fit violentia cum potentia pure passiva, sed ut fiat violentia necessario ordinario debet esse cum potentia activa.

[illegible] Primo, quia aer pateretur violentiam dum folle probatur quandoquidem ablatio loci est in potentia pure passiva aeris. Secundo, quia materia pateretur violentiam etiam sine [illegible] subforma, quia etiam convenit intrinseca capacitate ad aliam, et magis urgere quando est sub forma ignobiliori. 3. et principaliter humanitas Christi Domini sub subsistentia Verbi esset violenta, quia caret subsistentia propria. Sed autem quod communiter docent, nimirum quod subsistentia divini Verbi, quae nobilior est infinite propria sibi ex humanitate, ideo quod non esset violenta, existimat Vasquez esse ridiculum, quia exigentia naturalis, quae ratio est non ducit, non quiescit per hoc, quod nova ipsi detur aliquid melius, si negetur illud, quod naturaliter exigit.

Iudico cum Vasquez cum aliis Theologis violentiam posse dari rerum passivam, ut active non concurrat ad illud quod ipsi aufertur. Unde est ut aqua non producat frigiditatem, sed Deo producat a Deo, vel a generante ut universaliter [illegible] passionibus Hominis [illegible] fuere posset violentiam pati, si ipsi [illegible] capacitate exiret. Ratio materia quia violenta dicit, quando [illegible] forma [illegible] privatur, ut nullo modo habeat rationem potentiae activae erga eam. Ratio a priori desumitur ex definitione violenti igitur posita, ex cuius tenore non colligitur, quod passum debeat concurrere active in illud, quod ipsi violenter aufertur.

Ad primum respondet ad primum non pati aerem violentiam

i nprobatione suar, q' it hec sit magna pfectis aeris, n' Sarhe illi debita, requirit m. adiro lentis, quoad res, que u̅ ̄fert, debita sit passio, ideo m. resistit, q' privat illa q' ipsi debet. Ad secundu, mau prima, quando e sub quacumque fra, b̄t ignobiliori, n' pati violentia, q' appetitu eius e adequ libet sub distinctis; unde lo beat pot passive cuius cumq alterius, sufficienter quacumque fra satiat.

Ad 3m de humanitate Xi pdi Dui sub sistenti q subsistentia diuino vet bi respondeo 1o posse dici Humanitas illa violenta sub subsistentia Diuini verbi, q quide ex doctrina ipsius Barg tto dicitur: Subsistentia q ducit anaa pemanatione tanquam passio ipsi debita, sive complementu illius; sed quando entitas spoliat illare, que pducit tanquam passione vel complementu sui, pati violentia in sententia huius DD. huius Doctoris: igit dej humanitas expoliat ppria subsistentia, que pducit tanquam passione, vel cpementu sui, pati violentia.

Iuxta nostra ergo pria bene potest dici, quod humanitas illa violenta pitatur in substractione subsistentia prie, q spoliat ab extrinseco cplemento nali, et intrinseco illius. Secundo respondere potest appetitu naturalem humanitatis ad subsistentia, ut n' dicat cognitione, e, quasi cdicionatu, sicut coiter dicit de maa q appetere hanc fra, si n' beat aliq. Unde fit quod quando het hanc, n' sit anpia maa propter defectu alterius, similiter possumus dicere appetitu humanitatis ad subsistentia ppria ee cdicionatum, si n' beat aliud cplementu pfectius, quo ultimo tret. Unde satis pbabiliter deffendi poest n' ee violenta humanitatem sub subsistentia Diuini verbi.

Caput 6.

An, et Quomodo intellectus et voluntas possint violentiam pati.

Prima solutio P. Joannis a S. Thoma, et plures alios Thomistas est quod Deus possit inferre violentiam voluntati, si neget illi concursum ad operationes elliciendas, quandocumque potentia rerum creatarum determinata est in actu primo ad eas elliciendas. Ut sic determinata est voluntas ex visione Beata ad amorem Dei elliciendum, si Deus neget illi concursum ad hunc amorem, voluntas violentiam patitur. Idem dicendum quando ex apprehensione evidenti praedeterminatur ad iudicandum. Favent huic solutioni communiter PP. nostrae Societatis.

Probatur facile: voluntas in sensu composito visionis habet appetitum innatum, et propensionem ad amorem: similiter intellectus posita evidenti apprehensione extremorum habet propensionem, et appetitum innatum ad iudicium; sed quandocumque potentias ab agente extrinseco potentiori privatur illa re ad quam dicit appetitum et propensionem, patitur violentiam: igitur intellectus, quam voluntas in hoc casu patiuntur violentiam. Confirmatur: nihil magis commune est, quam dicere, quod materia prima, si divinitus forma substantiali privetur (loquor iuxta sententiam) violentiam patiatur. Sed divinitus petit materia forma, quam intellectus in evidenti apprehensione iudicium, et voluntas visione beata concurrente amorem beatificum: igitur etc.

Secunda solutio, quae videtur esse P. Patris Basilii, Si voluntas creata est determinata ex iudicio sufficienti extrinseco ad amandum libere, Deus inferret illi violentiam negando illi divinum concursum, ita ut amorem omittat, non quidem per sua libertate, sed praecisse per divino concursu. Probatur solutio. Causa libera habens ex parte ... ha

Cum ... requirit ad operandum libere violentiam patitur ab extrinseco agente privante a libertate suo Dominio et potestate; sed causa libera habens ex parte moti, quae ex parte sui quidquid requiritur ad operandum libere ab extrinseco agente privatur, quoad potest uti suo Dominio et potestate, quandocumque in his circumstantiis aliquis concursus denegatur: igitur violentiam patitur in hoc casu.

Confirmatur: Nam patitur causa naturalis sufficienter applicata divino concursu assistente, quae causa libera habens ex parte sua quidquid requiritur ad operandum libere concursu indifferente Divino; sed quando demum causa naturalis sufficienter applicata privatur concursu Divino assistente, patitur violentiam: igitur quando causa libera privatur concursu Divino indifferenti violentiam patitur. Maior et ergo sunt evidentes. Minor probatur exemplo ignis Babilonici, respectu cuius Deus violenter, et ... pegerit, negando illi debitum concursum ad comburendum.

Conclusio est: Voluntas, et motus possunt violentiam pati, si eis divinitus auferatur habitus aliquis naturalis, ... supposito, et existente in eis potentia. Ratio est, quia datur in illis modus ablatione ..., quod requiritur ad violentiam. Ab extrinseco enim agente privarentur et ... quadam intrinseca naturali ad quam ... sunt naturaliter inclinationes. ... est, quod si voluntas secundum se spectata non patiatur violentiam in carentia habitus supernaturalis, ad quem naturaliter dicitur inclinari et propensione naturali: potest tamen violentiam pati in privatione habitus supernaturalis ex suppositione alicuius ... exigentiae ... habitus ... , vel conservationis.

... voluntas videntis intuitive Deum, si non habuerit antecedenter ad visionem habitum charitatis, quo constituatur intrinsece, permanenter, et proxime potens amare Deum, petit, quod stante visione

Infundat illi habitum charitatis ... ... ut ... ... et ... se, nempe amare Deum, ... antecedenter habuerit, sed in futurum, huius habitus ... ... Unde ... ... naturalis potest ex suppositione aliqua voluntas violentiam pati, licet absolute et simpliciter habitus ... ... illi ... debeat.

Quarta solutio est quod Deus possit inferre violentiam infusione alicuius habitus, si stante involuntate habitus virtuosi valde intenso nulla sit implicatio in eo, quod Deus infundat illi habitum virtuosum valde intensum; qua sententia semel admissa, ... danda ... ratio ... facilis est. Quando Deus ... exigentia ... voluntatis operat, infert illi violentiam. Sed quando voluntas ... habitum ... summe intensum, petit non ab extrinseco agente infundat habitum ... ... summe intensum: igitur stante ... involuntate habitus illo virtuoso summe intenso Deus inferret violentiam, ... inferret ... voluntate habitum ... summe intensum.

Secundo ... innumeros DDs qui afferunt a Patre ... de Neyra, ... cap. ... posse voluntatem et intellectum a Deo violentiam pati ... ... immanentibus. Primo, quia stante involuntate ... efficaci ... ... potest Deus voluntati efficaciter ... amorem infundere, ut dicebamus cap. ... huius disputationis. Secundo, quia licet ... requiratur ... ... ad ducendum actum vitalem, posset voluntati inferri violentia, ... cognitione aliqua ... ... ad amandum; Deus autem ... fortiorem ... vel ... qualitatem aliquam intrinsecam ... ... voluntatem necessitaret ipsam ad ducendum aliud ... duceret quae intrinseca ... voluntati ... ... posset

violentiæ passivæ.

Ide de intellectu pariformiter iudicandum. Nam stante vehementissima apprehensione dæti non dato voe cuiur incto quoadmodo coadolat actu iudicandy Deus illi infunderet actum oppositum, vel concurreret cum ipso vehementiore concursu vel qualitate impulsiva ad dicendum illum actum, qui aubio violentiæ pateret. Mentiri Richardus in eo quod actus dari poterint non posse esse simpliciter violenti, sed posse esse secundum quid, et in aliquo violenti, de quo non multum curo, dummodo soluta stiterit decreui violentiam posse iungere in actibus meis, et voluntatis; non in mecum ardo, aliquam non commodi reiicit in asserendo hos actus posse esse simpliciter violentos, sicut possunt esse simpliciter involuntarii, lectus in sententia huius doctoris.

Caput 7.

Argumenta contra dicta frangunt.

Contra primam conclusionem sic obiicies: voluntas creata est causa secunda; sed causa secunda non potest operari negato concursu Divino; ergo negato concursu Divino non potest voluntas violentiam pati non operando. Discursus iste videtur evidens, qui sic ostendi fravi potest. Voluntas et intellectus non possunt elicere suos actus, nisi quando sunt completi in actu primo, sed eo quod Deus neget suum Divinum concursum non sunt completi in actu primo; ergo tunc non possunt eos elicere, et consequenter illis tunc non fit ulla violentia.

Respondeo concedendo maiorem, distinguendo minorem: sed causa secunda non potest operari in sensu composito negationis concursus, concedo minorem; in sensu diviso a negatione concursus, nego minorem. Itaque aliud est voluntatem non posse coniungere amorem cum negatione concursus, hoc autem verum est, quando quidem est impossibile coniungere amorem cum illa negatione concursus; aliud vero est, quod voluntas illa non petat aliquid

concursu assistente, ut sit ex illo oriungat amorem, si vel, [illegible] requisita, que praedeterminent ad amorem, sociale est, et consequenter independentia datur in negando concursum, cum quo oriungat amorem.

Contra secundam conclusionem opponens 1°: causa libera debet indifferentiam ad actum et negationem actus: ergo nulla independentia interest illi, quae ex negatione concursus impediatur, quominus sit, et nunc ponat actum. – Respondetur ex hoc argumento sonitus nostrae doctrinae confirmari, quia causa libera petit habere indifferentiam in actu primo ad actum et negationem actus, et consequenter petit omnia, per quod constituitur indifferens in actu primo: Nam per divinum concursum assistentem constituitur indifferens in actu primo; ergo petit divinum concursum assistentem, et consequenter in illius negatione violentiam patitur.

Opponens secundo: concursus ille in actu primo non est quid intrinsecum voluntati: ergo nulla potest intervenire violentia in eius negatione. Ans facile probatur, quia concursus ille in actu primo est decretum, quo Deus praeparat divinum opus ad concurrendum; sed decretum, quo Deus praeparat divinum opus ad concurrendum est quid extrinsecum voluntati creatae: ergo divinus ille concursus est quid extrinsecum voluntati creatae. Eodem modo probatur: non intervenit violentia nisi quando denegatur subiecto aliquid, quod debebat recipi in ipso, tanquam perfectio intrinseca illius. Sed non denegatur voluntati, quod esset perfectio intrinseca illius, quando divinus concursus denegatur: ergo etc.

Respondetur concedendo ans, negando consequentiam. Ad probationem concedendo maiorem, negando minorem. Quando m. divinus

cursus denegat per liberum benti requisita omnia ad sua adoperationis libere saltem mediate denegat actus liber ille, qui per potentia libera poterat haberi, utpote in intrinsica potentiae voluntatis receptus, et immanentis, qua poterat dare cum utrumque modis negatione concursus totius, ex defini[tion]is requiritur ad violentiam. Sicut enim in dubitatione praecedenti diximus, quod voluntas Beati cognitione Beati excitata ad amandum Deum patitur violentiam, quando denegat concursus divinus ad amorem, similiter, quia cognitionem naturalem sufficienter excitata ad amandum libere patitur violentiam quandoquidem ad amorem liberum divinus concursus denegatur.

Opponens 3: Si voluntati fieret violentia in negatione concursus, similiter etiam fieret illi violentia in negatione concursus, quando homo dormit, vel distractus est, sed quando homo dormit, vel distractus est non patitur violentiam in negatione concursus; ergo neutrumque in negatione concursus voluntas violentiam patitur. Et negando maiorem, quia sicut non semper voluntas petit operari, ita non semper violentiam patitur in negatione concursus, quod quidem verum est non solum in causa libera, sed etiam in causa necessaria, quae non petit operari nisi quando est applicata sufficienter. Quando ergo voluntas, quae potentia liberae est applicata sufficienter ex parte indifferenti, dicimus petere esse ... ex parte et indifferente, non vero quando est ab intrinseco impedimento alligata. Unde in nostro vocatu voluntas violentiam patitur, non vero in casu argumenti.

Contra 3 solutionem sic arguens: nullus habitus naturalis petit ab intrinseca inclinatione voluntatis; ergo nulla violentia

aitr in expoliatione illius. — Respondet, negari non posse eos habitus esse affectiones intrinsecas potentiae naturalis, et consequenter dari titulum sufficientem ad violentiam. Ratio quod licet habitus naturalis non petat ad instructionem intrinsecam potentiae vitalis, petit tamen, quod si supponatur existens in potentia vitali non corrumpatur ab agente extrinseco, sed ab intrinseco principio potentiae producendo actus oppositos. Unde fit, quod si auferatur a Deo contra naturam, fiat aliqua violentia. Ideo consulto dixi, quod si auferatur a potentia vitali habitus aliquis connaturalis ipsi praesuppositus, et existens in ipsa, inferetur illi violentia.

Arguet 2: nihil naturale ejusque expositione quacumque petere potest aliquid supernaturale: igitur in nulla suppositione fieri potest violentia voluntati in negatione alicuius rei supernaturalis. — Respondet negando antecedens; ratio enim subillati suppositionem, quod petit rem supernaturalem, non est naturale. Coniunctum enim resultans ex voluntate naturali, et visione Beata aliquid supernaturale est; at ergo non sit mirum, quod supernaturale petat aliud supernaturale, non est mirum, quod voluntas sub illa suppositione, et coniunctione petat habitus supernaturales. — Contra 4 conclusionem sic argumentaberis: neuter ex illis habitibus est connaturaliter exigentiae voluntatis: igitur absolute loquendo, neuter esset violentus; igitur nec habitus illi coniuncti erunt violenti, sit utrumque sit contra exigentiam diversam, contra neutrum est contra exigentiam voluntatis. — Respondeo esse violentos non solum comparatione facta unius ad alterum, sed etiam comparatione voluntatis. Ratio est, quia habitus ad amandum Petrum impeditur ab habitu ad odiendum eumdem Petrum, quare voluntas reddatur inclinata ad amandum Petrum ex illo

habitus non exigit petit habitus habitus, ne impediat ab altero, sed maxime voluntas petit detractionem habitus, qui communicavit illi exigentiam effectus sui, ne impediat sua determinatio ab alio quocumque. Unde licet quilibet habitus seorsum sumptus non sit contra talem exigentiam voluntatis, sed tamen violentiam in coniunctione utriusque.

Contra solutionem sic insurges: nil quod est contra inclinationem innatam voluntatis est simpliciter, et adaequate violentum voluntati. Sed omnis affectus amoris, vel odii est contra inclinationem innatam voluntatis: igitur nullus affectus amoris, vel odii est simpliciter et adaequate violentus voluntati. Probatur minor, nam inclinatio innata voluntatis est ad prosequendum obiectum, quando bonum apparet, et ad fugiendum ab obiecto, quando malum proponitur.

Respondeo distinguendo minorem; sed omnis affectus amoris, vel odii est contra inclinationem innatam voluntatis in sensu composito cum aliquo alio affectu repugnanti, nego minorem: in sensu diviso concedo minorem. Itaque non est contra inclinationem innatam voluntatis amare, quando efficaciter non vult amare, neque contra inclinationem innatam voluntatis est odio habere, quando efficaciter non vult odio habere. Unde possunt actus, qui seorsum sumpti essent contra inclinationem innatam voluntatis, simpliciter esse violenti.

Disputatio 8

An, et Quomodo Metus causet involuntarium.

Disputatione praecedenti explicavimus involuntarium et violentum in ordine ad voluntatem. Restat modo disputandum de iis, quae causant actum involuntarium, quorum discussione plura ad res morales spectantia dabimus

At p° se se offert Metus, de quo in praesenti disc° discerendum.

Caput Primum

Quid et compex sit metus.

Definitio Metus ex Arist° variis in locis sic compo. nitur: Metus est molestia quaedam, et perturbatio ex fantasia futuri mali vel laesori ad interimendum, vel molesti. Sanctus Thomas p.a secundae q.e 41, art.° 2 asserit metum esse passionem animi circa malum futurum difficile cui resisti non potest, hoc est, quod non possumus facile vitare, ut taliter notant interpretes; neque enim terrent mala quae facile fugere valemus; neque mala, quae longissime distantia apprehendimus. Unde taliter homines non timent mortem, licet inevitabiliter eventuram, quia longissime distantem per execrabilem errorem apprehendunt.

Metus reperiri potest in quacumque agentibus intellectualibus, tum in hominibus, nimirum, quam in Angelis. In hominibus res est clara, in Angelis est certa etiam, quia Deus potuit minari magnum aliquod malum, quod Angelus timere potest, et revera minatus fuit damnatione aeterna, si forte committerent peccatum lethale; cum hac tamen differentia, quod timor Angeli contingeret sine passione organi corporalis; homines autem timor homini, ut observat Divus Thomas, q.e 22. Unde metus non solum contingere potest ratione appetitus sensitivi, sed etiam ratione voluntatis spiritualis.

Metus autem est simpliciter, et absolute gravis, qui cadens in virum constantem, aliquis est levis. Exempla metus gravis sunt metus mortis, mutilationis, cruciatus atrocis, longi carceris, diuturni exilii, servitutis, stupri, amissionis status honorifici,

Amissionis eius bonorum, vel notabilis partis, infamiæ viri, vel facti, excommunicationis iniustæ; vel si alicui eorum timeat filiis, Parentibus, uxori, vel si alicui volunt fratri, sorori, vel coniunctissimo amico. Reliqua alia præter hæc ponuntur esse exempla metus levis. Disputat videndus est Pater Thomas Sanchez lib. 4 de matrimonio, disp. 4. Quinta, Sexta, et Septima.

Metus gravis alius est absolute talis, qui nimirum respectu cuiuslibet viri constantis gravis reputatur; Alius est gravis respective, qui propter pusillanimitatem personæ censetur gravis; et alius gravis non esset, ut mulieri, fœminis, vel senibus metus graves incutiunt, qui viro robusto non incuterent, quare metus gravis pro matrimonio intelligendus est respective ad personam cui incutitur. Ut notat probat Pater Thomas Sanchez ubi supra disp. 3, quæ vino [illegible] valde.

Metus alius incutitur ab intrinseco, hoc est a causis naturalibus, ut a morbo, tempestate et similibus; alius incutitur ab extrinseco, hoc est a causa libera. Hic aliquando incutitur directe et ab eius fine, ut si aliquis vehementer indignatus et velit occidere contrahentem aliqua de causa, quæ accidit, et tu ut placares iracundiam eius libere promittas matrimonium eius filiæ, tunc metus non fuit incussus propter matrimonium ineundum, sed propter eius finem aliquando incutitur iniuste, ut si quis minetur tibi mortem, nisi contrahas cum eo; aliquando vero iuste, ut si quis velit tuum crimen iudici denuntiare nisi ei dones centum aureos. Iuste enim potest denuntiando, neque iniustum aliquid minatur.

Notandum est aliquid fieri aliquo ex metu et aliud esse fieri cum metu. Fieri ex metu dicitur, quando metus est causa actionis, ut si metus mortis sit causa tradendi pecunias latroni tibi occurrenti in via

fieri ex metu proprie dicitur concomitanter metum, non quod sit causa actionis, quae exercet, ut si quis observat divinam legem poenas inferni timens, non autem posset huius metus legem observaret, sed potius observantiae tenetur ex honestate; tunc metus comitatur observationem, non autem fit observatio ex metu. Tota ergo controversia, atque moveri contentio tantum esse actionibus illis, quae fiunt ex metu, non autem de illis, quae ex metu contingunt.

Caput 2.

An Actiones factae ex Metu sint Voluntariae Simpliciter.

Dicendum est variis sensibus mihi accipi potest haec vox simpliciter. Primo accipi potest voluntarium simpliciter pro eo, quod ita est voluntarium, ut nihil de involuntario contineat, qualiter Deus dicitur simpliciter perfectus, quia ita continet omnem perfectionem, ut nihil imperfectionis habeat admixtum. 2. potest accipi voluntarium simpliciter pro eo de quo longe potiori ratione verificatur voluntarium, quam involuntarium, sicut fit in Aethiope secundum totum corpus, et albedo secundum dentes, longe potiori ratione verificatur de Aethiope, quod sit niger, quam quod sit albus. 3. potest accipi voluntarium simpliciter pro eo, quod pure secundum se praescindendo a quolibet extrinseco concomitante voluntarium est, qua ratione secundum suam substantiam accepta praescindendo a coniunctione seu mixtione cum extrinsecis dicitur quarto modo. In hoc ultimo sensu potest sumi voluntarium simpliciter et potest quaeri an actiones factae ex metu sint, vel sint voluntariae simpliciter.

Assero primo: actiones factae ex metu, et verum quae non sunt voluntariae simpliciter in primo sensu. Ratio est quia

Actiones factæ ex metu plerumque iunguntur cum involuntario, id quod sic iungitur cum involuntario non est voluntarium simpliciter in primo sensu: igitur actiones factæ ex metu plerumque non sunt voluntariæ simpliciter in primo sensu. Probatur maior, quia plerumque metus nos cogit ad admittendam aliqua quæ nobis ingrata et molesta, quæ licet efficaciter eligantur ad vitandum malum imminens, eliguntur cum aliqua displicentia et renitentia voluntatis. Probatur minor, quia voluntarium in primo sensu, ut superius explicuimus, est quod ita voluntarium est, ut nihil involuntarii contineat.

Assero secundo: actiones factæ ex metu sunt voluntariæ simpliciter in secundo sensu, hoc est de actionibus factis ex metu longe potiori ratione verificatur quod sint voluntariæ, quam quod sint involuntariæ. Hæc est secunda principalis in hac difficultate, quæ sic probatur primo: actiones factæ ex metu efficaciter eliguntur a voluntate ad vitandum malum gravius imminens, quod metus incutit; sed quod est efficaciter eligitur a voluntate ad vitandum malum gravius voluntarium est simpliciter in secundo sensu: igitur actiones factæ ex metu voluntariæ sunt simpliciter in secundo sensu. Maior est certa, ideo maior quia eligit traditionem mercium pecuniarum latroni, quæ tempore est metus navis, hic et nunc ad vitandum malum gravius, mortem nimirum sibi imminentem a latrone. Probatur minor, traditio pecuniarum latroni electa est efficaciter a principio intrinseco voluntatis cum cognitione; igitur voluntaria est simpliciter in secundo sensu licet ex metu fingatur.

Confirmatur: proiectio mercium in mare voluntaria est simpliciter, ut supra dictum est, quia est a voluntate cum cognitione efficaciter et aberrante in actu secundo adiiciendum, licet procedat a displicentia aliqua metus

ne sit iuxta cum directione; ita hoc contingit in actionibus
quae elliguntur ex metu; voluntas enim elligit efficaciter
tales actiones illa ad vitandum malum gravius, et habeat
complacentiam circa illas, a molesta et ingrata; ergo volun-
taria est eiusmodi actio, quae procedit ab affectu efficaci volun-
tatis elligentis hic et nunc immo et tradit / voluntarium.

Probatur secundo:
quod est liberum hic et nunc est voluntarium simpliciter in secundo
sensu; sed actiones factae ex metu sunt liberae hic et nunc:
ergo sunt voluntariae simpliciter in secundo sensu.
Maior evidens ex dictis, cum involuntarium includat non li-
berum, et non est. Probatur minor quia quando mihi proponitur
mors, nisi tradam civitatem, valeo libere elligere
traditionem, vel non traditionem, elligere mortem vel non elligere.
Sed quando cumque in actionibus res eiusmodi potestate, hic
sunt liberae hic et nunc: ergo actiones factae ex metu sunt
liberae hic et nunc, et consequenter voluntariae simplici-
citer in 2 sensu.

Confirmatur quando metus ver-
satur circa obiectum et sufficientem deliberationem malum dat mandatum
nobis voluntarium sufficiens ad peccatum mortale ut contin-
git in hoc sacrificante idolo quando tyrannus minitatur
mortem; sed quando cumque invenitur in actionibus volun-
tarium sufficiens ad peccatum mortale, potiori ratione
verificatur definitio, quod sint voluntariae, atque quod
sint involuntariae: ergo quando metus versatur circa obiectum,
et perfecta deliberatione ut dictum actiones factae ex metu
sunt voluntariae simpliciter. Observandum vero
quod initio tractatus diximus, nimirum, quod ut optime
voluntarium ex libero probetur non requiritur esse aliter liberum
ut aliquid sit voluntarium simpliciter.

Dico vero 3: Actiones factae ex metu plerumque sunt voluntariae simpliciter, plerumque sunt vero involuntariae simpliciter in 3 sensu. Prima pars probatur: illud est voluntarium simpliciter in 3 sensu, quod placet voluntati independenter a circunstantiis extrinsecis metus comitantibus actionem. Sed potest contingere, quod actio facta ex metu placeat voluntati independenter a circunstantiis extrinsecis metus: igitur actio facta ex metu potest esse voluntaria simpliciter in 3 sensu. Maior est certa, minor vero probatur: potest quis ex metu mortis sibi impendentis sumere haustum suavissimi liquoris alioqui sibi gratissimum independenter a circunstantia metus: igitur potest contingere, quod actio facta ex metu placeat voluntati independenter a circunstantia extrinseca metus.

Secunda pars probatur: plura obiecta sunt, quae a voluntate non amantur, nisi quatenus sunt media proportionata hic et nunc ad vitandum malum gravius imminens ex metu, quae consequenter non amarentur a voluntate, seclusa circunstantia illa extrinseca metus. Quis enim amaret proiectionem mercium in mare, nisi videret hoc esse medium proportionatum ad tuendam vitam, quam timet amittere, si retineat merces? igitur actiones factae ex metu plerumque sunt involuntariae simpliciter in 3 sensu, hoc est seclusa circunstantia extrinseca metus plerumque non placent voluntati.

Caput 3.

Explicatur involuntarium secundum quid, quod reperitur in actionibus, quae fiunt ex Metu.

Constet ex dictis ea, quae fiunt ex metu, plerumque esse involuntaria secundum quid, hoc est, fieri ab aliqua renitentia voluntatis,

efficaciter exequtioni manantis a voluntate non
dependens, quomodo id contingere possit. Primo aiunt
aliqui hunc metum causare involuntarium quandam mo
tus praecise est causa eius actionis, ita ut ea non fieret, nisi
illo metu urgente: sic projectio mercium in mare, et tra
ditio pecuniarum latroni habet admixtum involuntarium, quia
hae actiones eliguntur a voluntate praecise quia metus amitten
di vitam instat. Legat Joannes act. 30 ... secundus ...
disp. 4, art. 2.

Contra est, quia ut actus sint voluntaria
secundum omnia, requirunt quod voluntas suo actu resistat
aliqualiter exercitio illius actionis; sed potest actio eligi
efficaciter a voluntate praecise ad vitandum malum, quod a
metu manat sine resistentia aliqua ipsius voluntatis:
igitur potest actio eligi praecise propter metum urgentem, quin sit
involuntaria. Secundo quia ... contraria est doctri
na totius tractatus. Probatur minor: potest actio exequi non
apprehendi molesta, seu non ita molesta, ut nativa sit vo
luntatis ad displicentiam prorumpendi, etenim a voluntate
praecise propter metum urgentem: igitur potest actio eligi effica
citer a voluntate praecise ad vitandum malum, quod a
metu imminet sine displicentia, vel resistentia vo
luntatis.

Observandum est quod sit non deberet aliqua mo
tivum movens voluntatem ad observantiam Divinae legis, nisi
praecise declinare poenas inferni nullum interveniret pecca
tum. Ratio est quia ... nulla ratione posset intervenire peccatum
mortale, quia quod animus est involuntaria talis observatio, sed
non ... ex hoc, ... involuntaria talis observatio, quia
propter vitandum malum imminens posset eligi actio, cui voluntas
nullo modo resistat ... observantia Divinae legis

(f)

praecise ex motivo declinandi poenas inferni nullum intervenit peccatum. Confirmatur: quandocumque eligit obiectum materiale honestum ex obiecto formali motivo honesto nullum potest intervenire peccatum; sed quandocumque eligit observantiam divinae legis ex motivo declinandi poenas inferni eligit obiectum materiale honestum ex obiecto formali motivo honesto: igitur etc.

Dices, quando quis per evitandum malum imminens eligit aliquam actionem, taliter eligit ut si non adesset motivum maioris mali vitandi non eliceret actionem illam. Nam ex hac dispositione, et promptitudine animi ad non ponendum actionem non urgente metu colligitur, quod si ponat metu urgente involuntarie ponat. Ex quo sequitur quod qui observat Divinam legem ex motivo inferni declinandi, proposito, alioqui non observaturum, si infernum non immineret, peccatum omittat, quia talis dispositio et promptitudo animi non potest non esse peccatum.

Non subsistit hoc respondeo, quia bene stat motivum adaequatum hic et nunc movens ad observantiam Divinae legis esse timorem inferni et quod cessante hoc motivo voluntas determinet ad eandem observantiam ex alio motivo, nimirum ex amore virtutis; igitur non bene infert voluntas hic et nunc observat Divinam legem propter metum inferni imminentis; igitur non observaret, si poenae inferni non imminerent. Ex quo fit, quod in observatione Divinae legis ex illo timore non interveniat peccatum.

Imo licet daremus, quod ex voluntate ex timore observante Divinam legem inferatur, quod eadem voluntas non observaret timore cessante, nullum de facto peccatum interveniret. Ratio est, quia hoc sumpto voluntas de facto propter motivum inferni declinandi observat Divinam legem, quam, sub dubio non observaret, si non poneret hoc motivum,

n̄ importat, quod de facto peccet, vel quod peccaret, n̄ observatione Divinæ legis in casu, quo illud grave damnum imponeret; sed quod voluntas peccaret in illa hypothesi libere, quod de facto peccat, ut evidentissimum est.

Secundo dicunt alii, tunc metum causare involuntarium, quando quis habet hanc volitionem, n̄ faceret hoc, nisi urgeret metus, qui per actualem habet, qui jacit merces in mare. Sed contra est, quia quamvis n̄ detur actualiter involuntate volitio illa, potest stare, quod actio facta ex metu sit involuntaria simpliciter quid. Ergo frustra recurrit ad explicandum involuntarium hoc ad volitionem illam conditionatam. Antecedens probatur: nolle aliquem sub hypothesi, qui deprecenti n̄ dat, n̄ præstat, quod actio sit involuntaria in hypothesi, qui de facto dat, sed ad summum, quod esset involuntaria, si daret in illa hypothesi. Sed experientia ipsa videmus actionem factam ex metu plerumque esse involuntariam simpliciter quid in præcenti hypothesi. Ergo quamvis n̄ detur actualiter involuntate volitio illa circa aliquam hypothesim, potest stare, quod actio facta ex metu sit involuntaria simpliciter quid.

3° dicunt alii, quando malum, quod timetur, est per se conjunctum cum omissione actionis, ad quam metus impellit, tunc n̄ causat involuntarium ex metu mali illius, v. g. quia malum inferni est per se conjunctum cum omissione observantiæ mandatorum, n̄ potest inferni metus causare observantiæ mandatorum involuntarium. Quando vero malum, quod timetur, n̄ est per se conjunctum cum omissione actionis, ad quam metus impellit, tunc metus illius mali facit involuntarium, poeni

tione eius actioni. V.g. quia omissio prosecutionis mercium non est coniuncta cum amissione vitae, sed solum per accidens, quia metus amittendi vitam causat involuntariam prosecutionem mercium.

Respondeo secundo dicendum, quod sicut existente metu amittendi vitam potest quis proicere merces ex eo metu, resistente voluntate talis prosecutionis propter incommoditatem quam dant divitias multo sudore comparatas, ita potest quis observare divinam legem resistente voluntate talis observationis propter incommoditatem, quam secum affert privatio corporalium deliciarum: cum ergo involuntarium solum quid sit pensandum ex praedicta resistentia voluntatis, sequitur, quod actiones factae propter metum possunt esse involuntariae solum quidem, et omissio illarum habeat extrinsece vel intrinsece connexionem cum malo, quod timet.

Caput 4.

Melior explicatio huius involuntarii.

Metus potest cogere ad admittendum aliquando obiecta nobis ingrata, quae displicentiam voluntatis important, ut metus mortis cogit mercatorem abiiciendas merces, quarum prosecutio valde dura, et ingrata, multum quae displicens mercatori est, qui largo sudore vel merces comparavit, cogit voluntatem etiam ad amplectendum obiecta contrariam adversam displicentiam voluntatis, sed potius inutili magna voluptate, vel sine ulla difficultate sentit voluntas, ut si homo metu mortis sumeret haustum dulcissimi liquoris, aliudque sibi gratissimum.

Hoc supposito facilis est explicatio huius involuntarii. Dico ergo primo. Quando voluntas ex vi metus amplectitur illa obiecta dura, molesta, et ingrata, ad quae sequitur displicentia voluntatis

voluntati, tunc causat involuntarium aliquid. ... Ita desumitur ex iam dictis: tunc datur involuntarium aliquid, quando concurrunt in voluntate duo pugnantes affectus, quorum unus est contra resistentiam alterius; sed in praecedenti casu concurrunt in voluntate duo pugnantes affectus quorum unus est contra resistentiam alterius: igitur in praecedenti casu datur involuntarium aliquid. Maior, et coa sunt evidentes; probatur minor: in voluntate concurrunt displicentia illa potentiae qua ratione cuius voluntas recusabat illius obiecti positionem, et affectus efficax ponendi illud, qui, ut dictum est, contra resistentiam displicentiae illius positionis; concurrunt ergo duo affectus, quorum unus est contra resistentiam alterius.

Dico 2°: quando voluntas amplectitur ex metu obiecta secundi generis, nullum causatur involuntarium. Ratio est, quia, ut facilius, tunc non causat involuntarium, quando non concurrunt in voluntate duo illi affectus repugnantes; sed in praecedenti casu non concurrunt in voluntate duo illi affectus repugnantes: igitur in praecedenti casu nullum causatur involuntarium. Confirmatur: non potest involuntarium causari per id, quod potius auget voluntarium addendo novum motivum et attrahens ad obiectum, ad quod maximopere voluntas propendebat. Sed quando metus mortis cogit ad haustum suavissimi illius liquoris, ad quem maximopere voluntas propendebat, auget voluntarium per appositionem novi motivi attrahentis ad obiectum illud voluntati gratissimum: igitur etc.

Hic potest moveri aliqua quaestio de nomine, an sit metus dicendus causa huius involuntarii, quia si res bene consideretur, metus solum est causa motivi illius obiecti, quod sic, et nunc utile iudicat; quod

Autem illud sit appetitui contrarium, non provenit a metu, sed a sola positiva resistentia voluntatis. Ex his ergo bene intelligitur quomodo metus causet involuntarium. Non metus causare amoris illius obiecti, quod dicitur, et nunc denegat involuntarium, resistentia illa positiva voluntatis. Et ut dicendus hic et nunc involuntarius requirat tanquam substratum huius denegationis aliquam causam extrinsecam illius quae est contra et affectus contrariae, neque aliud interius admitimus, quando timor metus causare involuntarium.

Ex dictis colligitur, an quando observantia Divinae legis sit, vel non sit involuntaria. In voluntaria erit quando coniungitur cum displicentia, vel resistentia positiva voluntatis. Observandum est id, quod in tractatu de peccatis diximus, saepius ignotatum habeo, nimirum non posse hanc voluntatem conditionatam concipi: si non esset peccatum, si non esset infernus, ego peccarem, quae hanc complacentiam liberam ad obiectum rationis dictionis, et consequenter in hac voluntate conditionata peccatum importat. Magni accepto etiam extimere infernum peccatum omne detestatur, non potest habere locum, et similes voluntates conditionales.

Cum hoc tamen stat posse complacentiam, vel displicentiam simplicem voluntatis prescindere ratione status, convenientias incommoditatis, et laboris, an honorem prohibitionis, et malitiae. Nam in his complacentiis, vel displicentiis nullum reperiri peccatum, ideo sufficientia fuit a nobis probatum. Quam doctrinam defendit Pater Vasquez, disputatione 29, Pater Mecão, disputatione 3, puncto 8, numero 8 et Pater Silva de Herrera de actibus humanis, disputatione 4, sectione 4, numero 35, et alii, qui ab ipso referuntur.

Quando ergo observantia Divinae legis coniungitur cum displicentia quadam voluntatis

refugientis eiusmodi observationem propter difficulta
tem, et asperitatem, quam secum importat eiusmodi obser
vatio, cum qua sine peccato potest iungi, ut diximus,
tum erit voluntaria secundum quid Divinae legis obser
vatio, quando vero Divinae legis observantia cum nullo
eiusmodi affectu voluntatis iungitur, quia voluntas po
test non sentire difficultatem, et asperitatem aliquam
in Divinae legis observantia, tunc non est involunta
ria, neque secundum quid talis observatio mandatorum.
Quapropter facile, et sine recursu ad alios diversi modi di
fficiles, et obscuros potest explicari involuntarium secundum quid,
quod plerumque reperitur in actionibus factis ex metu.

Caput 5.

Ponitur primum Argumentum, et Diluitur.

Ponemus argumenta aliqua, quae praebebunt occasionem uberius
enucleandi doctrinam Divi Thomae traditam, et uires a difficultate
magis resoluendas. Primum ergo argumentum in hoc capite di
luendum sic proponitur. Metus diminuit libertatem insuffi
cienter ad peccatum mortale: igitur cum metu stat perfectum volun
tarium sufficiens ad peccatum mortale, et consequenter non veri
ficatur potiori titulo de actionibus factis ex metu, quod sint
voluntariae, quam quod sint involuntariae. Confirmatur.
Plures leges non obligant instante metu mortis. Secundo
Nulla vera ratio potest assignari, nisi quod
metus non relinquat involuntatem voluntarium simpli
citer: igitur actiones factae ex metu nullo modo sunt
voluntariae simpliciter.

Ante solutionem noto, quod
in superioribus notatum est, nimirum voluntarium posse
sine libero invenire, unde licet metus omnino tolleret
libertatem in actione posita non tolleret, quod actio illa

...ter voluntaria. Sed ... praecedenti probavimus volun-
tarium esse simpliciter illud ... quod habet libertatem
sufficientem ad peccatum mortale, ut diximus dicendo contra
illud argumentum non esse voluntarium, sed liberum simpliciter
actionem illam. Respondeo ergo ad ... quando metus ... libertatem
sufficientem ad mortale ... ... quae afferunt
metum mali gravis ... ... : aliquando vero ...
non contingere, sed relinquere plenum et perfectum deliberationem ...

Quando metus taliter perturbat ... ut non
relinquat plenum et perfectum iudicium deliberationis, tunc
non relinquit plenam et perfectam libertatem, et consequenter neque
voluntarium sufficiens ad peccatum mortale: quando
vero metus talem deliberationem relinquit, dat plenam et perfectam
libertatem, et consequenter voluntarium sufficiens ad peccandum
mortaliter. ... in metu plerumque, et communiter ... cum
plenum deliberationem relinquit, ... dicimus actiones
factas ex metu habere voluntarium liberum, quod sufficit
ad peccatum mortale, et consequenter actiones illas esse
voluntaria simpliciter in 3 sensu.

Verum quia ... plures leges non obligare ... ...
... in ... ... dispensari, ...
... in non obligando ... quae concedit argumentum; metus
... ut diximus communiter relinquit libertatem sufficientem
ad observandam perfectam legem, quare tota ratio est, quia
legislator non potuit, vel noluit obligare, et potest,
... tanto ... modo, vel ... ... ratio evidens
... ... intrinsece mala sunt, ... menda-
cio ... Dei, et similibus, nunquam metus dat licentiam ...
... intrinsece illorum ... et consequenter metus

Relinquit Voluntarium sufficiens ad secundum mor talitercon- ius hoc nale.

Discurramque breviter per varias leges aliasque conditiones, ut opportunitas se se offert, ut nostri auditores his nostris moralibus imbuantur. Primo, praeceptum legis humanae potest obligare cum periculo vitae, incurrendo quae afferet certum hoc exemplum: si dux praeciperet militi ex debito agenti ut stationem suam teneat in bello, neque propter timorem mortis igitur ab hostibus imminentis potest stationem suam deserere.

Potest etiam afferri exemplum regulae Carthusianorum quae continet probabilissimam eorum qui dicunt Carthusianos etiam in articulo mortis debere a comedendis carnibus abstinere. — Quando vero humana lex non obligat, urgente periculo amittendi vitam (incurrendo quae possent varios casus afferre) nempe quando non debet instantem fieri mortis voluntarium sufficiens ad defectum, et liberam observationem legum, sed ex aliis capitibus.

In legibus Divinis positivis dicendum est potuisse quidem legislatorem Deum Dominum, qui est author vitae et mortis, obligare cum vitae periculo, noluisset tamen obligare cum tanto rigore. Unde si praeceptum sumendi Eucharistiam sit Divinum positivum, si prudenter timeret quis hostiam sceleratam accipiendam esse veneno infectum, non peccaret tunc non accipiendo Eucharistiam, quia praeceptum illud non obligat in his circumstantiis.

Si tyrannus praeciperet carnes comedere in die sabbato in vanginonis Christiani contemptum, quam timidis morte minaret non licere eas comedere, quia comedere carnes in hac circumstantia

non potest ratione aliqua honestari. Hoc tamen com-
ditio est in precepto religionis, et externus confitendi fidem. Rur
sus preceptum Divinum positivum de integritate fratris, et ma-
teriae confessionis aliquando omittitur, quando propter grave periculum
imminens homo excusetur ab integritate fratris confessionis.
Si enim Episcopus preciperet parocho, ut tempore pestis non dis-
cederet ab administratione sacramentorum, teneretur paro-
chus obedire precepto sui Episcopi, etiam urgente metu
mortis.

Deinde obligatio natur. aliquando talis est,
ut non semper obliget, v. g. obligatio non occidendi non obligat
in casu defensionis nature, obligatio servandi secretum
sibi commissum non urget, quando prudenter timetur damnatio
contra rempublicam: aliquando vero obligat etiam instante
quocumque metu, talis est prohibitio mendacii, fornicatio-
nis, non revelandi crimen cuius notitia ex confessione sa-
cramentali habetur.

Ex quibus omnibus breviter insinuatis dan-
dum est solido aliquando dari, etiam urgente metu oppor-
tunitatem ad observantiam legum, et preceptorum, et conse-
quenter metum non tollere ab actionibus voluntarietatem et
libertatem simpliciter: aliquando vero non dari instante
metu opportunitatem ad observantiam legum, et preceptorum,
non quia talis metus causet simpliciter involuntarias actio-
nes ex illo factas, sed quia leges, et precepta cessant instan-
te metu, et periculo vite, vel quia non datur in legislatore
potestas ad comprehendendum hunc casum, vel quia noluit
comprehendere, vel quia minor obligatio cessat concurrente
maiori bono. Videatur Pater Suarez, lib. 3 de legi-
bus, cap. 30, et Pater Bas. in primam secunde tomo
secundo, disp. 161.

Dubit. 6

Secundum Argumentum proponitur et dissolvitur.

Secundum argumentum sic efformatur: contractus ex metu facti non sunt valid. ex defectu libertatis: atqui metus relinquit rationem voluntarii, saltem liberi. Consequentia est evidens; minor vero, quia si metus non tolleret rationem voluntarii liberi, non requireret libertatem sufficientem ad obligandum. Antecedens probatur: iste in contractu matrimonii et aliis similibus, qui illaturi invalidi censentur, quod stant metu cadente in virum constantem.

Resp. ad argumentum negando antecedens, si loquamur de iure naturae. Pro cuius intelligentia sciendum est triplicem inveniri sententiam circa valorem contractus ex metu facti. Prima docet, contractum illum esse irritum, quando metus iniuste incussus ad trahendum ad extorquendum consensum. Hanc defendit Sotus, libro 8 de iustitia, quaestione 1, articulo 7. Pater Molina tomo secundo, disputatione 326, et alii, quos affert et sequitur Pater Rebellus, parte 2, libro 8, quaestione 5, numero 15.

Secunda sententia dicit et docet contractus onerosos validos esse de iure naturae, gratuitos vero esse irritos et invalidos. Ita docent, quoad contractus gratuitos, assertores primae sententiae, quoad contractus onerosos Doctores plures, quos affert et sequitur Basilius Ponce, libro 4 de matrimonio, capite 6, numero 4. Tertia sententia defendit utrumque contractum tam onerosum, quam gratuitum esse validum de iure naturae. Ita communiter theologi et canonistae, quos affert et sequitur Pater Thomas Sanches, libro 4 de matrimonio, disputatione 14. Cardinalis de Lugo, tomo secundo de iustitia et iure, disputatione 22, sectione 7.

Suppositis his, nihil non certius

Quia cum breviter probat p. metus ab intrinseco quemiens non irritat, neque annullat contractum de quo Doctores nobis in presenti adversus, &c. Si, cum morbo gravi correptus, alicui le remedium largam dedisti, ut te a periculo liberares, donatio valida est, et irrevocabilis: igitur metus ab intrinseco incussus facit similiter donationem validam, et irrevocabilem. Consequentia probatur, quia si metus tolleret libertatem sufficientem ad contrahendum, aequaliter tolleret metus ab intrinseco, et ab extrinseco incussus, quare cum unus non tollit, neque alter tollere debet. Si semel ergo concedas metum relinquere sufficientem libertatem ad contrahendum, aequaliter debes dicere currere de contractibus gratuitis, et onerosis.

Probatur secundo: quoniam metus non incussus gratia extorquendi votum, sive metus proveniat ab intrinseco, sive ab extrinseco non irritat votum emissum, ut tanquam certum supponit Pater Thomas Sanchez libro 4 in decalogum, capite 5, numero 4: igitur quando metus non est incussus gratia extorquendi contractum, hic validus erit. Consequentia probatur, quia non minus requiritur libertas ad vovendum, quam ad contrahendum, unde si stante metu illo sufficiens datur libertas ad vovendum, stante similiter metu dabitur sufficiens libertas ad contrahendum.

Dices secundo argumentum probare metum non incussum gratia extorquendi votum non irretare votum, et consequenter metum non incussum gratia extorquendi contractum non irritare contractum; non vero probare universaliter de omni voto, et contractu, quia quando metus incutitur ad extorquendum votum, irritat votum ut communissimum est inter Doctores, et consequenter metus incussus ad extorquendum contractum similiter irritabit valorem contractus. Unde saltem quando metus gravis incutitur ad celebrandum contractum non relinquit

Voluntarium sufficiens ad votum illud.

Sed dicendum est primo, quod metus potest removere voluntarium sufficiens ad dispensandum, quod in praesenti intendimus, saltem quando non incutitur ad extorquendam celebrationem contractus, sicut metus relinquit voluntarium sufficiens ad vovendum, saltem quando non incutitur ad votum extorquendum. Contra est secundo, quod aliud est, quod votum emissum ex metu injusto ad illud extorquendum sit irritum ex iure naturae, aliud vero, quod sit irritum iure ecclesiastico. Fatemur cum veriori sententia, quod quando metus injuste incutitur ad extorquendum votum sit irritum iure ecclesiastico, non vero iure naturali, hoc est stando in iure naturae, reperitur interveniente et obstante voluntarium liberum sufficiens ad valorem voti, et contractus, itaque propter aliquas iustissimas causas irritaverit ecclesia eiusmodi vota, atque contractus.

Ratio a priori iam insinuata est, quod ubi datur libertas sufficiens ad peccandum mortaliter, datur etiam voluntarium sufficiens ad vovendum, et dispensandum, quod non minus petit ad unum, quam ad aliud. Sed etiam instante metu, sive iusto sive iniusto, datur libertas moralis sufficiens ad peccandum mortaliter, quod unde ex capite praecedenti constat: igitur etiam instante quovis metu, sive iusto sive iniusto, sive ab intrinseco, sive ab extrinseco, datur sufficiens libertas ad vovendum, et dispensandum. Quod dicit aliquando contingat contractus aliquos irritos esse, et invalidos, hoc est intelligendum attento iure positivo, non autem attento iure naturali.

Ex quibus huiusmodi dictis infertur, quam bene negandum sit antecedens argumenti initio capitis positi, quod etiam stante metu cadente in virum

constante dat voluntarium liberum sufficiens ad contrahendum et consequenter contractus non sunt invalidi saltem iure naturae propter defectum libertatis. Ad probationem negamus matrimonium Antonij ex metu gravi factum foret invalidum ex defectu libertatis, alioqui matrimonium ex metu mortis cum concubina celebratum esset invalidum, quoniam quidem timor tollit voluntarium liberum, equaliter tolleret, sive esset ab intrinseco, sive ab extrinseco incussus.

Caput 7.

An Contractus ex metu cadente in virum constantem celebrati sint aliquo iure positivo irriti, et invalidi?

Facile constat ex doctrina capitis praecedentis nil dari attento iure naturae, sive, ut clarius loquar, attentis principijs intrinsecis, quod faciat eiusmodi contractus invalidos, quia substantia contractus consistit in consensu libero voluntatis; sed licet urgeat metus gravis dat[ur] consensus liber voluntatis: ergo licet urgeat metus gravis, sive cadens in virum constantem datur quod requiritur ad substantiam contractus. Videndum inveritat, an iure aliquo positivo irriti sint, et invalidi huiusmodi contractus lex metu gravi celebrati.

Prima sententia docet esse irritos, et invalidos. Ita inter alios Pater Molina, loco supra citato. Secunda sententia idem docet de contractibus, et promissionibus gratuitis. Ita plurimi alij relati a Basilio Ponce ibi citato. Tertia sententia, quae veriorem, asserit contractus, metu cadente in virum constantem celebratos non esse irritos, sed irritandos ad nutum metum passi,

exceptis aliquibus, qui de iure positivo sunt irriti et invalidi. Ita mentem ex pluribus aliis Pater Thomas Sanchez, et Cardinalis de Lugo, locis iam citatis.

Fundamentum prioris partis est, quod ubi datur libertas, et consensus sufficiens ad obligandum, si aliunde non deest aliquid iure positivo exigitur ad valorem contractus: Ergo datur contractus in esse validus, quando concurrunt hae circumstantiae metus.

Minor nota, quoad secundam partem in toto discursu auctoris probandum, quod iuris positivi extat, qui possunt afferri ad probandam utilitatem horum contractuum qui fiunt ex metu cadente in virum constantem solum probant hos contractus esse rescindibiles, sicut, qui metum passus est, rescindere velit, non autem non esse validos, dum non rescinduntur. Videantur Sanchez supra citati et Cardinalis de Lugo: neque enim tempus mihi est exhibere eorum rationes intendere vacet.

Secundo probatur ex sententia communi, et vera asserenti, quod quando dolus dedit causam contractui (suppono dolum intrinsecum circa substantiam rei, sed solum circa circumstantias illius) non est invalidus contractus absolute et simpliciter ex iure aliquo positivo: ergo et metus dederit causam contractui non est invalidus absolute et simpliciter, ex iure positivo. Antecedens probatur primo: matrimonium contrahitur ex dolo quo aliquis simulavit se contrahere cum virgine nobili, et opulenta non obstante hac iniuria non versanti circa substantiam, sed circa circumstantias validum est.

Secundo a paritate: cum Episcopus per dolum dantes motivum ordinandi absolute tamen circa substantiam ordinis aliquis in praedicto

vere consentit, et valide ordinatur, si fuerit deceptus circa idoneitatem, vel beneficium, sine quo nullo modo consentiret ordinari. — 3. si quis dolose tibi persuadeat, Petrum esse tuum inimicum, ex qua deceptione illum occidis, homicidium illud est voluntarium inducens irregularitatem homicidii, licet consensus per dolum fuerit extortus. Igitur quando dolus dat causam contractui, dummodo non versetur circa substantiam, non est invaliditas contractus ex iure aliquo positivo; quapropter idem de metu dicendum, quia metus et dolus aequiparantur in iure, cum aliunde diversitas non habeatur.

Hoc argumentum ex paritate doli desumptum placere non potest Patri Thomae Sanchez existimanti, quod quando dolus dedit causam contractui, si homo aliàs contracturus non esset, contractus est irritus, et invalidus, licet quando metus dat causam contractui, non eo ipso contractus est irritus et invalidus. Multis probat hanc sententiam hic Doctor, assignatque disparitatem inter dolum, et metum.

Disparitas, inquit, est, nam contrahens ex metu non errat in causa consensus, quandoquidem de illa optime novit, quapropter validus est contractus ex metu celebratus: ille vero qui consensit per errorem lucri errat in causa consensus: unde consentit sub illa quasi conditione, sine vero est illud, propterquod inducitur ad contrahendum, quod cum vere non sit, quando datur dolus, facit deficere consensum, quando dolus intervenit.

Cum in praesenti nos causam intendamus contractum ex metu factum non eo ipso esse irritum, et invalidum, parum intererat, quod doctrina Patris Thomae Sanchez circa dolum contineret veritatem. Suffi-

Ultimo tandem ex doctrina nostra probatur ex eo, quod ita
metus det, ex attento iure naturali, omnia positiva
quae requirit ad substantiam contractus.

Inde si nobis placeat
doctrina huius doctoris asserentis contractum ex dolo factum
esse irritum, et invalidum, quia deficit cognitio sufficiens
ad voluntarium simpliciter non debet probare contractum
ex metu factum esse voluntarium, et validum simpliciter,
quia contractus ex dolo factus est voluntarius, et validus
simpliciter, sed recurrere debet ad rationem a priori iam
datam, quod nimirum nihil quod constituit contractum in esse
validum deficiat contractui ex metu facto.

Quare in doctri
na Patris Sanchez non est universaliter vera, quia licet qui
ex dolo contrahit, erret in causa, sive in motivo contrahen
di non errat tamen in substantia consensus, quando animo
[illegible] libere vult in contractum consentire, sive ex hoc sive
ex illo motivo, quod omnino extrinsecum est substantiae ipsius
contractus, ut videmus in matrimonio, in quo si do
lus dederit causam contractui, quando quis existimat fe
minam, cum qua vult matrimonium contrahere esse nobilem et
consentit cum illa quae non est, non facit contractum irri
tum, imo neque irritandum.

Forte opponet contra primum
dicta regula illa generalis communiter tradita, quod scilicet
obligatio cesset, quando id advenit quod si a principio
fuisset consensum impediret. Hanc contra hanc regulam
[illegible] opponere eum Sanchez libro 4 in decalogum,
ex quo licet colligitur contraria doctrina, quam diu [illegible]
mus. Dico ergo regulam illam esse intelligendam de pro
missionibus, largitionibus, et donationibus gratuitis.

Ratio a priori est, quia addonatio sit de strictis
honerosis inclusa in gratuitis donationibus quae
sponte, et liberaliter fiunt, ita donans, vel pro-
mittens potest sine praejudicio donatarii apponere ta-
cite, vel expresse limitationem et conditionem, qualis
fuerit, quare solum videtur se obligare quando moti-
vum, vel causa finalis, propter quam inductus fuit addo-
nandum revera est, qualiter existimavit.

Ex qua doctri-
na plura resolvit Pater Thomas Sanchez in decalogo,
libro 4, cap. 2 de valore voti, et iuramenti docens in
prima conclusione, quod causa finali voti cessante ce-
ssat eius obligatio, quae ex tacita voventis voluntate extinguitur,
qui non intendit se obligare nisi dependenter ab illa
causa: docens deinde in secunda conclusione votum, et iu-
ramentum non valiturum, si a principio erravit vovens, vel iurans
in causa finali voti, vel iuramenti.

Ex eadem etiam doctri-
na privilegia, dispensationes, et alias gratias
illicite, et invalide censentur, si causa impulsiva, et
finalis, sine qua non concederentur, sit falsa, quia concedens
non aliter concedere videtur, nisi stante veritate causae,
quae movet ad concedendum. Haec dicta pro doctrina impraesen-
ti sufficiant, quia iterum de illo redibit sermo, si
opportunum fuerit. Solum meum fuit animus breviter
attingere ista, quae conducere videbantur ad obten-
dendam claritatem tractationis, et [illegible], quae clemen-
pauxillum.

Caput 8.

Altera Conclusionis pars, et senior doctrinae nostrae declaratio.

Dicimus contractum illum cuius mens gravi factum non esse ex parte eius, et invalidum, quae adhuc sub illo metu manet voluntarium cum sufficienter sufficiens ad contrahendum, et revera metum imponens manet obligatus, non quidem ex alio capite, nisi ex vigore contractus. Asserimus modo, quod quamvis ille contractus sit firmus ex parte metum incutientis, ex altera vero parte illius, videlicet, qui metum passus infirmus est, quatenus obligatio, quam metum patiens sibi imponit, potest abrogari, cessante metu auferri, si voluerit.

Ratio est, quia metum incutiens ab intrinseco causans tenetur eius animo metum auferre, ut illum, cui metum incussit, reddat invicem suum et liberum, sicut erat antequam contraheret. Quo facto si ille, qui metum fuit passus, voluerit perstare in contractu, metum imponens manebit obligatus ex vi contractus; si vero noluerit, et ius habet rescindendi contractum. Quare ex vi contractus manet quidem metum patiens obligatus per se, et immediate ad servandum contractum, quamdiu non solvitur. Habet ius addito dissolvendi, quatenus potest obligare metum imponentem ad dissolutionem illius.

Unde est quod ex parte metum imponentis contractus est firmus, et irrevocabilis; ex parte vero patientis est infirmus, et revocabilis, quia ultimus nullus ex parte metum imponentis potest stare in dissolutione contractus, bene tamen ex parte metum patientis, quatenus ex ablatione metus in sua libertate restitutus potest obligare metum imponentem ad tollendam obligationem. Ex qua doctrina facile explicantur sequentes textus, qui habere videntur ex eiusmodi contrac

Contractus nullius obligationis sunt, quando videmus [illegible] [illegible], et revocabilis saltem ex parte alterius nulla, et irrita non incongrue potest appellari.

Ex dictis colligitur 1° metum ab intrinseco provenientem non irritare contractum, neque facere illum rescindibilem, quia tunc nulla potest iniuria intervenire. Secundo quando metus iuste fuit incussus ab extrinseco saltem alii contractus praeter matrimonium, et professionem religiosam sunt omnino validi nec rescindi possunt, quia tota rescindibilitas contractus provenit ex iniuria metum inferentis, qui ius inferendi non dat, nec eius metum patiens, habeat ius ad rescindendum contractum si voluerit.

Colligitur 3° etiam matrimonium ex metu iusto factum non esse irritum, neque irritandum. Probatur, quia alii contractus ex metu iusto celebrati non fundant rescindibilitatem: igitur neque matrimonium, quia neque de iure naturae, neque de iure positivo invenitur exceptio matrimonii quoad metum iustum illarum. Confirmatur. Quando quis dedit iustam accusandi causam, non tam metus oritur ab extrinseco, quam ab intrinseco, ex ipsius nimirum delicti commissi; sed quandocumque metus oritur ab intrinseco, non irritat, neque irritandum est matrimonium: igitur etc.

Unde si quis dicat mulieri deprehensae in adulterio te accusabo, nisi contrahas matrimonium, et ille revera contrahendum praestet in matrimonium, validum omnino est matrimonium illud. Sed plures iuris peritos huic nostrae sententiae refragari, audiendi tamen non sunt. Colligitur 4° idem de professione religiosa iudicandum propter rationem datam: quia sicut metus ab intrinseco non illam irritat, neque etiam metus iustus illam irri-

Irrita sit, quando nimirum huiusmodi metus non tam oritur ab extrinseco, quam ab intrinseco. Unde potest dari aliquis casus, in quo quis possit iuste compelli ad professionem religiosam emittendam.

Diximus denique excipiendos esse contractus aliquos, qui de iure positivo sunt omnino irriti, et invalidi, quando fiunt ex metu cadente in virum constantem, qui breviter percurrendi sunt. Primus est contractus matrimonii, etiamsi iuramentum accedat. Hoc non est intelligendum solum, quando metus provenit ab intrinseco. Similiter non est intelligendum quando huiusmodi metus est iustus, et provenit ab extrinseco, si non sit incussus ad finem extorquendi matrimonium. Denique non est intelligendum, quando metus est iustus ab extrinseco incussus, et inferatur ad finem extorquendi matrimonium. Quapropter hoc est intelligendum, quando metus ab extrinseco iniuste incutitur, et non inducitur directe ad obtinendum consensum matrimonii. Ita probabilior sententia, quam defendit Cardinalis de Lugo, disp. 22 sectione 7, n° 177.

Secundus est sponsalium contractus, qui sequuntur naturam matrimonii. Circa hoc in duplex extreme opposita sententia versatur. Prima asserit sponsalia ex metu gravi nullo iure esse irrita, et invalida, quia iura expresse loquuntur de matrimonio, et sponsalia non semper sequuntur naturam matrimonii, quandoquidem sponsalia etiam valida multis de causis rescindi possunt, quod non habet matrimonium. Hanc sententiam satis probabilem indicat Pater Thomas Sanchez, libro 4 de Matrimonio, disp. 19. Contrariam tamen sententiam probabiliorem iudico cum eodem Sanchez, quam colligit ex cap. ex litteris

Numero 5, et 6.

Tertius est Professio religiosa. Hoc non est intelligendum, quoties metus iniustus non est incussus gratia extorquendi professionem, sive ab intrinseco, sive ab extrinseco proveniat. In hoc enim casu professio valida est, neque intelligendum est, quando metus est iuste incussus, etiam ad extorquendam professionem, quia similiter professio valida est. Quapropter est intelligendum, quando metus ab extrinseco incutitur iniuste ad extorquendum consensum, vel quando iniuste ab extrinseco incutitur, licet non incutiatur directe ad extorquendum consensum. Ita expresse Cardinalis de Lugo, loco supra citato.

Quartus est. Quodcumque votum, sive solemne, sive simplex, est intelligendum cum limitationibus, quas sectione praecedenti attulimus de professione religiosa. De voto solemni nulla potest esse difficultas. De voto simplici dubium non debet esse, quia licet inveniatur dispositio clara iuris votum simplex irritans, communiter tamen Doctores prolato consentiente extendunt irritationem de voto solemni ad votum simplex. Ita refert cum innumeris Doctoribus Pater Thomas Sanchez, libro 4 in Decalogum, cap. 3, numero 12.

Quintus est. Contractus dotis promissae, vel solutae, qui in hoc sequitur naturam matrimonii, cui accessorius est. Sexto excipitur promissio, vel traditio ex metu ex verbis excessus. Septimo Authoritas tutoris per metum extorta. Alii contractus dantur de quibus dubitatur inter Doctores, et sententiae hinc et inde probabiles versantur, an sint irriti, vel irritandi, quos libenter omitto, quia non potest hoc in illis materia tam brevibus terminis carcerari, pro quo si placuerit, videndus est Cardinalis de Lugo, loco citato.

Disputatio Septima

De concupiscentia in ordine ad voluntarium et involuntarium.

Postquam de metu loqui cum recta doctrinae methodus expostulat, ut de concupiscentia agamus, separando illam in ordine ad voluntarium, et involuntarium actionum, quas elicimus. Cui ordine enim ab aliis Scriptoribus in hoc tractatu non invenitur. Nunc autem tempus fuit aliorum res agendi dictari.

Caput Primum

Stabiliuntur aliqua, et ratio dubitandi proponitur.

Primo stabiliendum venit concupiscentiam hic non accipi pro amore illo spirituali elicito a voluntate, quo bonum aliquod amat, qui commode amantis vocatur, distinguitur ab amore amicitiae, qui fertur ad amandum amico bonum, quia bonum illius est. Accipitur ergo pro actu appetitus sensitivi, sive inclinatione partis sensitivae movente voluntatem ad proprios actus de illud Divi Pauli ad Romanos septimo. Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meae.

Secundo stabiliendum est posse operationes aliquas ex concupiscentia factas esse aliquando ratione in voluntarias negative, hoc est, non voluntarias, ita ut ratio huius non voluntarii dicatur concupiscentia ipsa. Ratio est, quia vehementia concupiscentiae inclinantis, quae vim aliquam ei facit, potest esse tanta, ut non curet, vel discernat, tantum animi motus, quominus attendat ad omnes circumstantias, quae induit actio concupita, sed operatio sic non considerata est in voluntaria negative, hoc est, non voluntaria: igitur actio ex concupiscentia facta potest

Potest esse involuntaria negative, hoc est, non voluntaria, ita ut radix huius non voluntarii sit concupiscentia ipsa. Minor probatur in motibus primis tendentibus ad vindictam ex concupiscentia excitatis, quos exiguus et minutissimus motus deliberationis praecedit.

3 stabiliendum est, quod quando concupiscentia causat involuntarium non causat illum actum, quem voluntas resistit exercitio illarum actionum, sed potius causat illum actum qui est concupiscentiae resistentia actualis voluntatis, sicut supra disputatione, capitulo 4 diximus, quod quando metus causat involuntarium non causat actum illum, quem voluntas displicet, et resistit exercitio actionum, sed potius actum illum qui est displicentia, et resistentia voluntatis. Quamvis in ratione involuntarii eo actus, qui fit ex metu, quam qui ex concupiscentia oritur, sit illa displicentia, et resistentia voluntatis, quam fit, ut supra iam notavimus.

4 stabiliendum est concupiscentiam dividi in antecedentem, consequentem, et comitantem. Concupiscentia antecedens est, quae praevenit actum voluntatis, et est illius causa: sic appetitus ad vindictam provocans est causa actus, quo voluntas elligat vindictam. Concupiscentia consequens est, quae subsequitur actum voluntatis, et est illius effectus, quia motus praecessionis ardentes, et intensae voluntatis redundat in appetitum sensitivum: Non enim potest voluntas ardenter, et intense moveri, quin moveat appetitus sensitivus eo idem obiectum, ut dixit Divus Thomas, quaestione 77, articulo 7.

Concupiscentia comitans est, quae neque est causa, neque effectus actus voluntatis, sed

pure maliter, et accidens, debet respuitur.
Plures sunt, a quibus Pater Salas referent hanc concupicentiæ pure comitatem. Ratio, qua moventur est, quia quotiescumque datur principium extrinsece potens influere in actum, quod sit naturale, et aliunde non impeditum, debet influere in actum, in quantum influere potest; sed illa concupicentia existit in appetitu sensitivo, et est principium naturale potens influere in actum voluntatis, et aliunde non est impeditum: igitur revera influit in actum voluntatis, et consequenter non est concupicentia pure comitans. Non est locus inpræsentiarum latius extendendi veritatem huius discursus, nec existentiam huius concupicentiæ definire volo.
Hoc stabilito dubitare est, quomodo concupicentia possit in voluntarium causare, quod sit facile intelligatur in actionibus, quæ fiunt ex metu, non tam facile quidem in actionibus ex concupicentia factis. Metus enim quando causat involuntarium, cogit ad amplectendum obiectum aliquod, quod non apparet secundum se bonum, sed præcise quatenus in his circumstantiis, utile iudicatur ad vitandum maius malum. Unde facile intelligitur, quomodo obiectum consequutionis efficacis voluntatis sit obiectum displicentiæ eiusdem, quia displicentia terminatur ad obiectum illud secundum se sub qua consideratione non habet amabilitatem; consequutio vero efficax voluntatis fertur ad obiectum illud, sicut circa vestitum circumstantia illa utilitatis ad vitandum malum gravius imminens.
Concupicentia autem inclinat ad obiectum, quod sub nulla ratione mali proponitur, neque quatenus est obiectum concupicentiæ, neque quatenus est obiectum voluntatis, ut contingit in fornicatione ex con-

ex concupiscentia orta. Unde non bene intelligitur quomodo ex concupiscentia contingit involuntarium causari, bene in ex metu, quandoquidem metus, ut in diximus, affert cognitionem convenientis, et disconvenientis, concupiscentia vero eiusmodi cognitionem non importat. Ex quo nascitur, quod ea, quae ex concupiscentia fiunt delectabilius, et sine molestia fiant. Non autem, quae fiunt ex metu.

Caput 2

Quomodo Concupiscentia Causet Involuntarium.

Certum est concupiscentiam consequentem non causare voluntatis actum, respectu cuius consequens est, quia illud, quod causat voluntatis actum est antecedens respectu illius; sed concupiscentia consequens non est antecedens respectu actus, quem subsequitur: igitur concupiscentia consequens non causat voluntatis actum, quem subsequitur. Consulto dixi, concupiscentiam consequentem non causare voluntatis actum respectu cuius est consequens, quia bene potest concupiscentia esse consequens respectu unius, et antecedens alterius; quare licet non possit causare actum illum respectu cuius consequens est, potest causare actum illum respectu cuius est antecedens.

Certum deinde est concupiscentiam pure comitantem, si forte detur, non causare involuntarium aliquod, quia illud, quod omnino maliter, et tanquam si non esset reputatur respectu actus voluntatis, non potest tribuere denominationem involuntarii actui posito a voluntate. Sed concupiscentia pure comitans omnino maliter se habet, et reputatur respectu voluntatis, tanquam si non esset; igitur non potest tribuere denominationem involuntarii actui posito a voluntate. Unde si aliqua concupiscentia causat involuntarium,

ea debet esse antis. Vt tribuere possit hanc denominationem actui voluntatis, postea subsequuto. Ad cuius difficultatis resolutionem assero: saepe actus voluntatis ex concupiscentia ortus coniungitur alicui displicentiae voluntatis, ac proinde saepe actus ortus ex concupiscentia est involuntarius. Assertio probatur, quia homines dum ex concupiscentia fornicationem amplectuntur saepe habent cogitationes aliquas a fornicatione concupita retardantes, quae displicentiam aliquam causant in voluntate circa obiectum illud concupitum, tum quia intellectus proponit fornicationem esse Dei offensam aeternis puniendam cruciatibus, tum quia proponit esse saluti nocivam, tum quia ex fornicando petulantia displicentia resultat, tum propter alias causas, quas quilibet intellectus potest excogitare.

Ex quibus statim consurgit in voluntate aliquis displicentiae affectus, qui tribuat denominationem involuntarii actui illi ad fornicationem tendenti, quod ex [illegible] clare deducitur, tunc enim aliquis affectus voluntatis in ratione involuntarii constituitur, quando elicitur a voluntate contra aliquam ipsius displicentiam, sed actus ille tendens ad fornicationem concupitam elicitur a voluntate contra aliquam ipsius displicentiam: igitur actus ille tendens ad obiectum concupitum, sive ex concupiscentia ortus potest esse involuntarius. Hinc responsio clara est ad rationem dubitandi, capite praecedenti propositam.

Dices ratione facta sufficienter probari actum ex concupiscentia ortum posse esse involuntarium propter illam displicentiam, quam concipit voluntas ex motivo illo, quod proponit intellectus

Non tamen, bari concupiscentiae causare, quod actus ille sit involuntarius, quia concupiscentia non causat displicentiam illius voluntatis. Is enim metus ideo causat involuntarium, quia causat displicentiam in voluntate, cuius signum est tristitia, quae experimur in actionibus factis ex metu. Concupiscentia non poterit involuntarium causare, quia nullam tristitiam, sed potius summam delectabilitatem, et propensionem. Unde satis bene dixerunt Divus Thomas, et Aristoteles, metum causare involuntarium, non vero concupiscentiam causare involuntarium.

Res hic multum miscetur de nomine, si semel concedat concupiscentiam posse causare actum, qui estimatur involuntarius, quia dat, et praesupponit in voluntate displicentiam cum ipsum, iam habeo, quod praecipue intendo, quia solum dixi actum ortum ex concupiscentia posse coniungi cum aliqua displicentia voluntatis, et consequenter posse esse involuntarium, quod explicatis terminis a nullo negari potest, quidquid sit an per hoc concupiscentia sit vere involuntarii, sicut metus dicitur revera involuntarium causare, quod solum spectat ad quaestionem de nomine.

Videntur tamen pares metus, et concupiscentia, ut contrarium ab his doctoribus affirmet, quia sicut concupiscentia inclinat voluntatem ad obiectum concupitum, quin causet displicentiam in voluntate, quae aliunde ex aliis motivis ab intellectu propositis causata supponit, ut iam stabilivimus, sic metus non causat in voluntate displicentiam cum suum obiectum, sed potius amorem cum illud, licet voluntas aliunde refugiat bonum, quia molestiam, et amaritudinem importat, ut in disputatione octava notavimus. Unde videntur aequales metus, et

concupiscentia, quare sicut metus dicit involuntarium mixtum, ita etiam videtur concupiscentia dicenda causa involuntarii. Quamvis vero hoc sit verum, invenit discrimen aliquod inter metum, et concupiscentiam, quod in sequenti cap. expendo.

Caput 3.

Assignat discrimen inter metum et concupiscentiam.

Dicunt aliqui hoc discrimen inveniri, quando operamur ex metu, et concupiscentia, quod quando operamur ex metu eligimus aliquid ad vitandum gravius incommodum, quod nobis aliqualiter malum, et molestum est. Unde oritur tristitia, et dolor, quae communiter experimur dum ex metu operamur: quando vero ex concupiscentia operamur, sic voluntas complaceat in obiecto opposito, seu modo in voluntas cum laetitia operatur, quia pensatis omnibus iudicat intellectus maius esse lucrum eligendo illud obiectum, ad quod inclinat concupiscentia, quam est damnum in deserendo opposito.

Haec doctrina non displicet, quia disparitas, quam assignat inter metum, et concupiscentiam nulla est. Sicut enim, quando voluntas ex concupiscentia operatur iudicat intellectus se lucrari plus, absolute, quam amittat deserendo bonum oppositum: Ita quando operatur ex metu fugiendo malum gravius iudicat intellectus se plus lucrari quam damnari in incommodum admittendo minus malum. Ideo enim voluntas mercatoris eligit proiectionem mercium, quia iudicat se plus absolute lucrari proiiciendo, quam retinendo &c. igitur si quando ex concupiscentia operatur voluntas iudicat intellectus maius lucrum comparari in electione illius obiecti ad quod inclinat concupiscentia, nulla

Est disparitas assignata inter metum, et concupiscen tiam.

Secundo displicet hec doctrina, quia non est necessarium, quod quando homo peccat ex concupiscentia habeat in intellectu iudicium dictans sibi melius esse fornicari, quam amittere Deum, et in eternum inferni cruciati bus torqueri, sicut neque quando voluntas operatur ex metu habet sibi ille iudicium. Ratio communis est, quia non est necessarium quod precedat error, vel heresis in intellectu, quando quis peccat, vel operatur ex metu, vel concupiscentia: Id si daretur iudicium illud ex parte metus, daretur error vel heresis in metu: igitur etc. Sufficit ergo actiones, et quascumque operationes exercendas iudi cium proponens convenientiam, vel utilitatem in exercitio ac tionum; quod absque errore vel heresi aliqua fieri potest.

3 displicet, quia videtur universaliter docere quod quotiescumque voluntas ope ratur ex metu, elligat aliquid malum, et molestum, quod secum tristitiam, et amaritudinem importet, quod ut iam diximus caret, dis putationis precedentibus potest aliquando vo luntas ex metu elligere actionem aliquam, in cuius exercitio habeat summam delectationem, et voluptatem, et consequenter nullam tristitiam, et anxietatem experiatur. In de universaliter non assignat discrimen inter omnes operationes ex metu exercitas et operationes ex concupiscentia factas.

Iudico ergo ex Patre Oviedo primo secundae, tractatu 2 controversia 3 puncto 3 nu mero 44 hoc discrimen hac ratione explicare. Concu piscentia cum se expectata habet maximam vim ad re movendam displicentiam circa illius obiectum, quia eo ipso, quod vertet ad obiectum delectabile, ex se tollit omnino

tristitiae, et anxietatis, quae in actione reperiuntur. Ex quo dixit Aristoteles libro … intemperantem, qui cupiditate capitur, minus affligi, quam temperatum, qui ex ratione fertur contra cupiditatem, quare concupiscentia duo habet, et inclinare ad obiectum concupitum et exinde generare complacentiam in opposito contra mensuram intentionis concupiscentiae.

Metus vero ex sua ratione tantum solum habet ad actionem illam inclinare, quae commoda videtur ad vitandum maius malum; quare si actio, quae eligitur ex metu sit aliunde grata voluntati, non impediet complacentiam in obiecto opposito, non quia metus habeat extinguere complacentiam illam, sed quia obiectum tale est conditionis respectu voluntatis, ut non fundet displicentiam sui, neque committat complacentiam in opposito, respectu huius voluntatis; quod si obiectum sit libri, et molestum voluntati, cum fundet displicentiam erga seipsum, et committat complacentiam in opposito metus relinquit intactam huius modi displicentiam in obiecto electo, et complacentiam in opposito resultantem.

Unde facile colligitur, quod quando voluntas amplectitur ex metu mortis v.g. haustum illum dulcissimi liquoris, ad quem aliunde propendebat multum de concupiscentia misceatur, ut probentur tantum evidentissime, quia cum concupiscentia sit inclinatio appetitus conditionis trahens voluntatem ad amplectendum obiectum, cum in praesenti casu detur eius modi inclinatio, miscetur multum de concupiscentia in exercitio huius actionis. Ex quo clare patet differentia, quae datur inter metum, et concupiscentiam, quae si natura utriusque affectus bene consideretur, evidentissima cuique non deerit.

Non longe abest ab hac explicatione Pater Arriaga disp. 11, sect. 4, sub sectione 3 asserens ideo, quae fiunt ex metu proprie dici involuntaria secundum quid, non autem, quae fiunt ex concupiscentia, quia ea, quae fiunt ex metu, fiunt cum dolore et tristitia, illa vero, quae ex concupiscentia fiunt, cum laetitia exercentur, cuius ratio est, quia quae per actiones ex metu non facimus, ut lucremur de novo bonum aliquod, sed potius ne amittamus illud, quod iam antea habebamus, vitam, honorem, divitias, etc. quae vero exercentur ex concupiscentia, facimus, ut bonum aliquod novum aquiramus. Natura humana autem talis est, ut non laetetur ita ex non amissione, sive continuatione alicuius boni aquisiti, quam ex aquisitione novi boni.

Aliud discrimen meditatus fuit Pater Oviedo supra citatus, quod capitur ex ratione dubitandi adduximus, nimirum, quod quando voluntas facit actum ex metu, eligit actionem secundum se malam, quae nullam habet bonitatem, nisi respective ad vitandum dictum malum quod timet. Unde fit, quod actio, quae ex metu ponitur, dum hic, et nunc eligitur a voluntate, appareat bona et mala; bona quatenus induit illa circumstantia illa ex tristitia vitationis, mala vero secundum se; quare, dum hic, et nunc elligitur habet terminare displicentiam voluntatis, et displicentiam eiusdem. Actio autem, quae ex concupiscentia elligitur non apparet mala, sed delectabilis, et conveniens voluntati, tum secundum se, tum in his circumstantiis spectata. quare dum ex concupiscentia elligitur, non habet terminare displicentiam voluntatis.

Verum est, inquit, Oviedo citatus, quod actio concupita possit terminare displicentiam propter motiva, quae potest intellectus invenire, ut capite secundo probavimus; hoc autem variae extrinsece voluntati

Hic et nunc ex concupiscentia operanti, quia ad hoc necessarium est, quod aliunde motus congerat nova motiva, ut in hac actione ex concupiscentia posita possit displicere voluntas præter ea, quæ occurrunt, dum actio ex concupiscentia exercetur. Sive ergo sit ex hoc capite, sive ex alio concupiscentia habet removere displicentiam voluntatis. Quare propter hanc differentiam bene potest dici, quod concupiscentia non causet actionem involuntariam, vel potest stringere, quod illa sit involuntaria propter motiva, quæ potest motus excogitare.

Caput 4.

An Concupiscentia augeat, vel minuat Voluntarium.

Loquimur de concupiscentia antecedenti, quia certum est concupiscentiam subsequentem, vel comitantem non augere, neque minuere involuntarium, quia neutra est causa voluntarii, illud autem, quod non est causa voluntarii, neque augere, neque minuere potest voluntarium. Concupiscentiam ergo antecedentem minuere voluntarium docuerunt Pater Vasquez, disp. 28, cap. 2. Lorca, disp. 5. Montecinos, disp. 10, q. 1. Colnibadus, q. 6 ar. 7, Pater Arriaga, sec. 2, et alii.

Concupiscentiam minuere liberum, et augere voluntarium defendunt Divus Thomas, q. 6, ar. 7. Pater Valentia, disp. 2, q. 1 puncto 5. Pater Salas, disp. 3, sec. 3, numero 48 et alii. Hanc eamdem sententiam significare videtur Pater Gaspar Hurtado, disp. 1. difficultate 17, dum asserit concupiscentiam augere physice voluntarium, illud vero politice minuere. Huius difficultatis resolutione observandum est discrimen, quod datur inter hæc duo, nimirum, quod voluntas magis acte operetur, et quod maiori conatu

N. ad utrumque propensione, et promptitudine ferat.

Assero 1.º: concupiscentia minuit voluntarium, quatenus liberum. In hac conclusione convenio cum Arriaga, et doctoribus, quos pro secunda sententia retulimus. Probatur. Concupiscentia minuit libertatem voluntatis. Ergo concupiscentia minuit voluntarium, quatenus liberum. Consequentia est evidens, quia voluntarium, quatenus liberum, per libertatem voluntatis constituitur, quare non alia ratione minuitur, quatenus liberum est, nisi minuendo libertatem voluntatis.

Antecedens probatur dupliciter. Primo: tunc minuitur libertas, quando datur aliquid, quod attrahat voluntatem ad operandum; concupiscentia attrahit voluntarium ad operandum: ergo concupiscentia minuit libertatem voluntatis. Immo tanta potest esse concupiscentiae et efficacia, ut omnino tollat libertatem voluntatis, ut in motibus primo primis experimento videmus. Discursus totus clarissimus est, quia si omnes concedamus perfectissimam libertatem consistere in eo, quod possit cum summa indifferentia ad utramque partem contradictionis, illud, quod facit potentiam inclinare magis ad unam partem, quam ad aliam, minuet libertatem voluntatis.

Probatur secundo illud antecedens: illud, quod fuerit causa, ut minuatur indifferentia intellectus requisita ex parte voluntatis ad operandum liberè causa erit, ut minuatur libertas voluntatis, cum libertas voluntatis constituatur per illam indifferentiam, et deliberationem ex parte intellectus se tenentem; sed concupiscentia minuit illam indifferentiam, et deliberationem ex parte intellectus se tenentem; igitur concupiscentia minuit libertatem voluntatis. Probatur minor; concupiscentia habet ex se obscurare, immo intellectum ratione vehementiae intentionis concupiscentiae, quae excaecatio, vel obscuratio consistit in eo, quod non relinquat plenam indifferentiam ad considerandum cum deliberatione quid conveniens, verum

Dū actu convenientes reperiatur in utraque parte contradictionis.

Ex dictis

Colligitur quod cum libertas voluntatis consistat in determinatione sui ipsius a se ipsa, concupiscentia facit, quod minus voluntas operetur a se ipsa pro mensura intentionis, et virtutis concupiscentiae. Ratio est, quia concupiscentia minuit libertatem voluntatis; sed libertas voluntatis stat in determinatione ab intrinseco sui ipsius: igitur concupiscentia minuit, quod voluntas ab intrinseco operetur ex determinatione sui ipsius. Unde quando voluntas ex concupiscentia operatur potius operatur ex determinatione concupiscentiae, quam ex determinatione intrinseca sui ipsius. Assero

Assero secundo: concupiscentia auget voluntarium formaliter. Haec conclusio est contra Patrem Arriaga, et alios, quos in sententia adduximus; defendit eam Pater Suarez, disp. 3, sect. 3, n. 10. Oviedo, tractatu secundo, controversia 3, puncto 4. Probatur: illud auget voluntarium formaliter, quod facit ut voluntas ardentius, et firmius amplectatur obiectum propositum, difficiliusque ab eo removeatur, per maius inclinationis pondus, quo fertur in illud. Sed concupiscentia facit, ut voluntas ardentius, et firmius amplectatur obiectum concupitum, difficiliusque ab eo removeatur: igitur concupiscentia auget voluntarium formaliter.

Maior, et consequentia sunt certissimae, nisi velis de voce contentionem facere. Probatur minor; experientia comperimus ex ardescente concupiscentia ita hoc obiectum concupitum prosequi, ut nullis rationibus, precibus, aut minis possimus illum actum proposito removere, quod quidem facile exequi possumus, concupiscentia frigescente et appetitu sedato: sed hoc est signum evidentissimum, quod concupiscentia auget intentionem, et firmitudinem actus ad obiectum concupitum: igitur etc. Sicut enim lapis, quo difficilius a loco, in quo constitutus est, removeri potest, eo maius pondus habere, sic actus voluntatis, qui pondus est

voluntatis, dicitur habere magis ponderis, quo difficilius a voluntate removeri potest.

Ubi observandum est concupiscentiam non solum causare intensionem actus, utcumque, sed etiam maiorem firmitudinem, et persistentiam cum voluntate, quae contingere potest, quod ex duobus actibus amoris aequaliter intensis, qui reperiri possunt in voluntate unus facile cedat difficultatibus occurrentibus, alius vero fortiter resistat, cuius ratio est, quia unus habet maiorem coniunctionem, firmitudinem et persistentiam cum voluntate, quam alius. Non solum ergo concupiscentia causat intensionem actus ad obiectum concupitum, sed etiam maiorem illam coniunctionem, firmitudinem, et consistentiam cum voluntate, ita ut non facile cedat difficultatibus quacumque occurrentibus.

Ex quibus deducitur, quae bene supra attinxerimus hoc duo, nimirum quod voluntas magis a se, et ab intrinseco operetur et quod maiori conatu propensione et promptitudine feratur in obiectum. Constat enim ex dictis, voluntatem dum ex concupiscentia operatur, minus a se, et ab intrinseco operari, quia cum minori libertate operatur, et maiori propensione et promptitudine operari, quia plus et plus a concupiscentia attrahitur ad operandum, prout magis, et magis excrescit concupiscentiae virtus et efficacia.

Caput 5

Quae possunt opponi obstacula removentur.

Primo obiicies Divum Thomam, qui 1.2. q. 6 articulo 7, et aliis in locis asserentem concupiscentiam minuere culpam, quia minuit voluntarium, quare ex mente Divi Thomae concupiscentia non auget, sed minuit voluntarium. Respondetur solutionem esse clarissimam, quando enim Divus Thomas asseruit concupiscentiam minuere voluntarium loquutus fuit de voluntario libero, quia loquutus fuit de voluntario

liberum quatenus conducens ad culpam, et de voluntario libero, quatenus liberum est voluntarium conducens ad culpam: ergo locutus fuit de voluntario libero, quatenus libero.

Obiicies 2. perfectio voluntarii est libertas, ergo diminuit huiusmodi perfectionem minuet voluntarium quatenus liberum. — Resp. distinguendo ant.; perfectio intrinseca voluntarii est libertas, nego ant., perfectio extrinseca voluntarii est libertas, concedo ant. Itaque voluntarium non constituitur per libertatem &c., quandoquidem iam diximus initio tractatus posse dari voluntarium liberum, et necessarium in creaturis intellectualibus, et brutis. Neque voluntarium procedens a voluntate habet tanquam perfectionem propriam, et intrinsecam suam libertatem, quia haec est denominatio proveniens actibus voluntatis ab indifferentia potentiae ad utramque partem. Unde idem voluntarium a voluntate procedens, quod modo est liberum potest esse necessarium. Quare sublata hac perfectione penitus extrinseca potest voluntarium augeri.

Obiicies 3. Ubi est perfectior ratio generica, est perfectior ratio specifica, et e contra: ubi est imperfectior ratio specifica est imperfectior ratio generica; sed voluntarium est ratio generica respectu voluntarii liberi, et necessarii: ergo ubi fuerit ratio illa generica perfectior, ratio specifica perfectior erit, et ubi haec ratio specifica imperfectior fuerit, etiam imperfectior erit ratio generica, et consequenter si libertas perfectior, perfectius erit voluntarium et si sit imperfectior imperfectius erit. — Resp. omittendo maiorem, negando minorem, quia divisio voluntarii in liberum, et necessarium non est generis in species essentiales, sed subiecti in accidentia, et divisio, quatenus dividit in album et nigrum. Quare ad argumenta perfectione voluntarii in ratione intentionis, et diminutionis affectus voluntatis in obiectum potest minui in ratione liberi.

Obiicies 4. concupiscentia facit ut nobis tamen perfecte consideremus, ac considerare remota quavis concupiscentia: ergo ex hac parte minuit voluntarium, quod sit aliquid minus voluntarium, quo magis ignoratur, quod habet inesse. — Resp. omisso ant., distinguendo cons.: ergo ex hac parte minuit voluntarium liberum, concedo consequentiam; minuit voluntarium voluntarium

Praesumptuale, negocoq. Quamuis ergo verum sit, quod stante concupiscentia obtu-
ret lumen intellectus iudicantis plene et sufficienter, quid convenientiae
et utilitatis reperiat in utraque propositione contradictionis, et consequenter ex
hoc minuatur libertas, quod quidem iudicium illud
necessarium est ad plenam, et perfectam libertatem;
non ex concupiscentia minuitur, sed potius augetur consideratio
sufficiens ad amplectendum bonum concupitum; quare licet minuatur volun-
tarium liberum, augeri potest voluntarium quatale.

Obiicies:
non potest augeri voluntarium id, quod est extrinsecum voluntati;
sed concupiscentia est quid extrinsecum voluntati, igitur concupiscentia
non potest augeri voluntarium. Respondeo distinguendo maiorem: non potest
augeri voluntarium formaliter id, quod est extrinsecum voluntati,
concedo maiorem; non potest augeri voluntarium efficienter, aut
quasi efficienter id, quod est extrinsecum voluntati, nego maio-
rem. Ideo diximus concupiscentiam causare voluntarium,
non autem concupiscentiam esse ipsummet voluntarium formaliter. Sicut enim cognitio vividius proposita causat
intentionem voluntatis propensionem ergo illud. Sic vehemen-
tior concupiscentia causat intentionem voluntatis propensio-
nem ad obiectum concupitum.

Secundo responderi potest argumento
opposito affectum voluntatis a concupiscentia causatum non
bene dici ab extrinseco, sed ab intrinseco causatum, sicut neque
affectum maiorem voluntatis ab interiori cognitione exci-
tatum posse dici fuisse ab extrinseco non vero ab intrinseco
excitatum. Ratio est, quia cum huiusmodi potentiae sint intrinsecae
in eadem anima radicatae, et habeant inter se quamdam subor-
dinationem, licet potentiae realiter distinguantur ab anima, quando vo-
luntas operatur excitata a concupiscentiae motu, et a vi
cia persuasiones obiecti repraesentatione potius amat ab in-

+

ab intrinseco, quam ab extrinseco: quod si per realiter ab anima non distinguantur facilius intelligitur, quomodo voluntas ab intrinseco operetur, et a concupiscentia, et cognitione excitetur.
Quaeres sequitur ex doctrina hucusque tradita voluntarium augeri per aliquid extrinsecum.

Obiicies 6. et praecipue contra ultimum solutionem a Patre Arriaga. Concupiscentia licet sit intrinseca ... non est intrinseca voluntati, id voluntarium voluntati simpliciter, et absolute non potest augeri per illud, quod est extrinsecum voluntati: ergo voluntarium voluntati non potest augeri ex maiori concupiscentia, licet augeat voluntarium ... Deinde attractio, quae fit per cognitionem quocumque modo est ab extrinseco, quae est ab obiecto, quod extrinsecum est respectu voluntatis. Unde amor Dei naturalis in patria minus est voluntarius, quia ab illo magis attrahitur voluntas ab obiecto, quam ante, et consequenter quando attrahitur a concupiscentia passionibus ... minus voluntarie ... minus ante.

... argumentum ... cum praecedenti magnificat Pater Arriaga ... ... Respondeo ergo ... quod quando ... concupiscentia ex intrinseco voluntati non voluntarium dicere ... et intra ... voluntatis ... in ... ... admittunt ... ... materialiter loquuntur: ... intrinseca ... actus non tam ... quod magis verum est ... per ... realiter. Secundo respondeo ... hanc quaestionem ... quod licet concupiscentia sit extrinseca voluntati potest causare, quasi efficienter maiorem intentionem in amore voluntatis, quia experientia docemur eo maiorem esse voluntatis amorem

Quo maiore concupiscentia.

Unde licet attractio, quae fit per cognitionem sit quodammodo extrinseca voluntati, potest tamen maiorem cognitionis amoris intentionem causare, ut experientia videmus; quare etiam amore Beatifico habere minus de voluntario, quia magis illi voluntas attrahitur ab obiecto, quam nullum, neque sufficientissimum inveniens dat medium, quo ad aliquid extrinsecum per cognitionem propositum sit causa, vel quasi causa magis, aut minus intentionis motionis in voluntate, quam experientia ipsa respicimus, et est quod praecipue intendimus.

Neque illud quod addit Pater Arriaga nimirum, quod voluntas quando ab obiecto attrahitur ad operandum concurrit minus active et consequenter minus voluntarie operatur, habet aliquam efficacitatem, quia ut ipse dicit tamen aliunde, quod voluntas magis active et adinvicem sui determinatione operetur, et aliunde quod cum maiori conatu perfectione et promptitudine operetur. Fateor, quod quanto voluntas ab obiecto magis attrahitur ad operandum minus active et ab intrinseca sui determinatione operatur, eo minus libere operatur. Maiori tamen propensione et promptitudine operatur, quia magis natura operatur concurrente obiecto, concupiscentia, vel alia simili causa ad maiorem illam promptitudinem, et pronitudinem, et consequenter maiorem intentionem amoris producendam.

Disputatio 10
De Ignorantia in ordine ad voluntarium, et involuntarium.

De ignorantia, ut communiter advertunt Theologi, triplex potest esse consideratio. Prima, ut potest esse, quod dicitur speciale peccatum. Secunda, ut est circumstantia plurium peccatorum, et constituit quendam peccandi modum distinctum a modo

Peccandi ex malitia: tertia est, ut causat voluntarium, et involuntarium, quae est prior ultima huius tractatus. nos in sequentibus de ignorantiae explicatione habemus, quantum per tempus licuerit.

Caput Primum

Divisio ignorantiae in antecedentem, comitantem, et consequentem.

Celebris est ignorantiae divisio in antecedentem comitantem, et consequentem, quae nimia confusione et obscuritate a Doctoribus exponitur, ideoque brevi clara et dilucida explicatione insistendum nobis est. Ignorantia antecedens est, quae non potuit vitari, quia existit independenter ab omni actu voluntatis, et ab eius libertate sicut motus caelorum dicitur antecedere nostram libertatem, quia existit prorsus independenter ab exercitio nostrae libertatis, ita haec ignorantia si influat in opus, eo modo, quo ignorantia potest influere dicitur antecedens opus. Pono hoc exemplum: Si quis inductus praecepto ieiunandi die Veneris, itaut neque cogitans, neque dubitans utrum esset, vel non esset ex invincibili ignorantia praecepti comedat carnes in illa die, non comesturus illa, si adverteret vigere praeceptum ieiunandi, habuit ignorantiam antecedentem, quia haec ignorantia fuit omnino independens a libertate illius hominis; rursus illa ignorantia fuit causa comestionis, quatenus si non haberet, non comedisset carnes illo die. Convinco autem ignorantiam antecedentem fore causam operis, si influat eo modo quo ignorantia potest influere, quia certum est ignorantiam non influere positive in opus, sed solum negative removendo impedimentum, nimirum cognitionem praecepti, quae positionem operis impediuisset.

Ignorantia consequens

Subsequens, sive affectata, quae consequitur voluntatem ignorandi, quod homo ignorat, quia vult, quando negligit scire, quam potest separare et quam deberet ignorantiam. Ut si, si ille homo dubitans de existentia praecepti ieiunandi non vellet vel ex pigritia, vel ne cogatur ieiunare amplius inquirere, habuit ignorantiam consequentem, et affectatam, quia neglexit scire de existentia praecepti, quam adhibita sufficienti diligentia potuit comparare. Haec ignorantia recte appellatur consequens, subsequens et affectata, quia est post voluntatem omittendi sufficientem inquisitionem, ut homo haberet ab ignorantia praecepti.

Ignorantia concomitans respectu voluntatis dicitur illa, quae removet scientiam aliquam adhuc in taliter sciret, ut opus fieret, sive deberet, sive non deberet talis ignorantia: ut si, si ille homo, qui ignorat diem veneris vigere praeceptum ieiunandi taliter esset animo positus, ut revera comederet carnes, sive sciret, sive non sciret obligationem praecepti contrarium inclinantis, dicitur habere ignorantiam concomitantem. Ratio est, quia huiusmodi ignorantia non est consequens, quia supponimus non esse affectatam; neque est antecedens, quia non est causa operis, quandoquidem supponimus opus eodem modo fuisse ponendum, sive deberet, sive non deberet ignorantia praecepti. Restat ergo, quod huiusmodi ignorantia sit concomitans.

Observandum est cum Patre Oviedo, quod respectu voluntatis ignorandi nulla datur ignorantia concomitans, quia eo ipso, quod adest voluntas ignorandi, nulla datur ignorantia concomitans, quia eo ipso, quod adest voluntas ignorandi, ignorantia illa, quae dabatur, et erat antecedens illi voluntati fit consequens, posita voluntate ignorandi. Unde iam bene intelligis, quomodo ignorantia sit pure

Comitans voluntate ipsa ignorandi. Bene tamen intelligitur, quomodo ignorantia possit esse pure comitans opus a voluntate positum, quia certe potest esse ignorantia aliqua quae neque sit causa eo modo, quo ignorantia potest esse causa, neque affectus operis a voluntate positi.

Observandum 2.o apud Patrem Arriaga ignorantiam sequentem saltem solum sui esse primum esse antecedentem. Ratio est, quia antequam homo velit ignorare, iam saltem dubitat de illa re, quae dubitatio potest sufficienter ignorantia nuncupari; illa autem non est ignorantia sequens, neque comitans: ergo est antecedens. Unde ignorantia illa, quae secundum suam primam existentiam est antecedens, desinit esse antecedens, et fit consequens, quando concipit voluntas persistendi in ignorantia.

Observandum tertio est illam dici ignorantiam antecedentem, ut iam in summa diximus respectu operis a voluntate positi non praecise, quae antecedit ut ultima, sed quae antecedit, et est causa operis a voluntate positi, nam etiam ignorantia comitans potest antecedere opus a voluntate positum, neque tamen esse causa operis subsecuti. Melius tamen, et clarius iuxta dicta discurremus, si dicamus hanc ignorantiam esse simul antecedentem, et comitantem: antecedentem, quatenus non est volita; comitantem, quatenus non est causa actionis. Loquendum tamen ut in antecedentibus cum communiori vocis usurpatione.

Dubitabis, an ignorantia, quae non est causa actionis, etiamsi voluntaria, et affectata sit, debeat dici comitans, an vero subsequens. Ratio dubitandi ex dictis desumitur, quia ignorantia antecedens, quam tollere non fuit in potestate voluntatis, eo ipso quod respicit actionis

se habeat antecedens, aliud concomitans: igitur si illa ea ignorantia, quae est mere subsequens, quatenus est affectata, si tamen respectu actionis se habeat ut antecedens, aliter concomitans. Quod clare videtur, quia si antecedentia unius respectu, ut dicatur antecedens; subsequentio alterius non efficiet, ut dicatur simpliciter consequens.

Respondeo, posse hunc modo secundo dici eandem esse de utraque ratione, quia sicut se habet antecedentia ad denominationem antecedentis, se habet subsequentio ad denominationem subsequentis, quare si denominatio concomitantis solum sumit ex effectu partis dicit ad hanc denominationem antecedentiam, vel subsequentio. Habentur aliqua dicta paribus invenit, ut inquit Pater Arriaga, ignorantia non antecedens id non habet positive, quia non causat aliquem voluntatis actum, sed solum negative, quatenus non praesupponit aliquem voluntatis actum, quae antecedentia, cum sit tam fecta, facile impeditur per hoc, quod talis ignorantia respectu effectus se habeat ut accidens, ideoque denominatur non a prioritate antecedentis, sed a concomitantia concomitans. Ignorantia vero alia, cum sit positive subsequens, quia positive volita est denominatur simpliciter subsequens etiamsi respectu actionis sit concomitans.

Caput [illegible]

Alia Ignorantiae Divisiones.

Dividitur secundo solet ignorantia in ignorantiam voluntariam, et involuntariam. Ignorantia voluntaria, dicitur illa, quae subsequitur voluntatem aliquam, vel actum voluntatis, sive sit causa, sive non sit causa alicuius operis a voluntate positivi, nam illud, quod subsequitur voluntatem, volitum est, et consequenter voluntarium. Ignorantia involuntaria est, quae antecedens, sive sit concomitans, sive non sit concomitans, in eo ipso, quod antecedat non est volita, et consequenter involuntaria, hoc est, non voluntaria iure nuncupatur.

Tertio dividit ignorantiam culpabilem, et inculpabilem. Ignorantia inculpabilis incidit cum ignorantia antecedente. Ratio facilis est, quia ignorantia antecedens, quae nimirum omnem antecedit voluntatem non potest esse culpabilis, cum omnis culpa supponat aliquam voluntatem, ut est manifestum. Ignorantia culpabilis debet esse consequens, et affectata. Ubi advertendum est non omnem ignorantiam consequentem et affectatam esse culpabilem, quia si non supponat obligationem sciendi, nulla potest in ignorantia culpa intervenire. Unde quamvis ego nolim scire, quot homines extant in foro, et haec ignorantia sit consequens et affectata nulla datur culpa, quia nulla mihi imputata est obligatio numerandi omnes illos homines.

Advertit Pater Suarez in hac re, quod ignorantia sit culpabilis, et aliud esse, quod sit contracta cum culpa. Bene potest stare, inquit Pater Suarez, quod ignorantia sit contracta cum culpa, et adhuc, quod non sit culpabilis, ut si, si ex pena alicuius peccati negetur nobis Deus cognitionem alicuius rei vitandi, ignorantia illa erit contracta cum culpa, nec tamen nobis erit rigorose culpabilis, si nullo modo advertamus ex illo peccato posse sequi, aut sequuturam esse huiusmodi ignorantiam, quia ut iam diximus in superioribus ad voluntarium in aliquo requiritur cognitio eius, ut omnes genaliter aiunt. Dividi potest 4° ignorantia in ignorantiam naturalem, affectatam, et negligentem. Ignorantia naturalis est, quae vitari non potuit, quae non est libera, quae eadem est ac ignorantia involuntaria. Ignorantia affectata, ut dictum est, est quae directe volita est. Negligens vero, quae est volita non directe ex propria, et ob alias occupationes, ut si omittas sacrum ex animo luxandi non directe volendo omissionem sacri omittendi

ex negligentia; si vero directe illa omissione intendat, omittit affectate. Sic similiter ista ignorantia contingere potest.

Notandum valde est, quod eo ipso, quod quis habeat iudicium probabile de re aliqua, et nolit ulterius indagare veritatem, et sic forte erret in tali iudicio, non dicetur habere ignorantiam affectatam moraliter, quia sub tali iudicio prudenter operatur, neque indicat ignorantiam affectare moraliter, qui sequitur iudicium prudentem, et probabili sua dirigit operationem. Verum est, quod physice loquendo potest ille tunc dici habere ignorantiam affectatam, quia cum non sit certus de illa re, diligentiam omittit uberiorem qua possit certitudinem comparare: ad rem autem moralem hoc parum inest.

Dividitur ignorantia in vincibilem et invincibilem, quae quidem divisio celeberrima est, si tamen res bene consideretur parum differt ab illa, qua dividitur ignorantia in involuntariam, et voluntariam; omnis enim ignorantia involuntaria est invincibilis, quia illud, quod cadit sub potestate voluntatis vinci, et superari non potest ab eadem voluntate, in quo consistit conceptus ignorantiae invincibilis. Ignorantia vincibilis eadem est ac voluntaria sive directe sive indirecte. Et consequenter est illa, quae aliquo modo vinci, et depelli potest a voluntate.

Hic notat Pater Arriaga communiter apud Doctores per ignorantiam vincibilem intelligi illam, quam quis depellere tenetur ex obligatione aliqua, non vero intelligi ignorantiam qualemcumque, quam quis depellere non tenetur. Videtur ergo non scire quot homines existunt in foro, cum possim scire non habeo ignorantiam vincibilem, qualiter a Doctoribus communiter accipitur. Ratio est, quia Doctores de ignorantia tractant in ordine ad mores; ignorantia autem illa, circa quam nulla versatur obligatio, non

7

quae ducit ad mores; quae ducit vero multi ignorantiam illam quam vertat obligatio. Hoc totum spectat ad quaestionem de notione. Certum est ignorantiam illam esse voluntariam, sine dedit, sine non debet obligatio.

Cujus sit valde necessaria ad rem moralem cognitio hujus duplicis ignorantiae; dicam pro maiori intelligentia dubitabis, quid requiratur, ut aliqua ignorantia dicatur invincibilis. Respondeo breviter quod ignorantia est invincibilis, quando homo nihil omittit eorum, quae potest, et debet facere ad illam expellendam, hoc est, quando attenta capacitate hominis, et consideratis circumstantiis, et ratione, quam habet non potest se applicare ad adhibendam diligentiam ignorantiae depellendam. Unde si inveniatur homo nunquam venit se errare, vel nunquam inter illos aliquando aliud esse medium accommodatum ad sciendum comparandum; habet ignorantiam invincibilem.

Secundo potest contingere ignorantiam invincibilem, quando homo dubius de aliqua re facit quantum est ex se ad indagandam veritatem, et in adhuc nullum maiorem notitiam comparare vult. Neque quando audiunt, quod ille debeat facere quantum est ex se debes intelligere, quod ille homo per universum terrarum orbem peregrinari debeat consulendo doctores Magistros ex quacumque universitatibus, ut possit scire de illa re, de qua dubitat, comparare, quia reis doctorum potest facere quantum est ex se.

Debes ergo intelligere, quod quando audis illa verba, quod homo tenetur facere ea, quae sufficiunt, ut formet de clarare ea quo dubitat intellectu probabile: V. G. siquis dubitet an hodie

Sit impositum preceptum Adreunio, n tene. immediate
adire ipsum Pontificem, aut Episcopum pro indagenda veri
tate præcepti, etiam si posset; sufficit, si interroget
Parochum scientiatore, aut unum, vel alterum personam doctam, quæ
ea debere scire deberent. Quod si ab his respondeat
n ee preceptum de reunio, et revera hic ho teneatur
at, ignorantia illius erit invincibilis. Divisiones
alias ignorantiæ, quia clarissimæ sunt, omitto.

Caput 3

Quomodo Ignorantia Ans. se habeat ad voluntarium et involuntarium.

Asserendum est primo ignorantiam ante causare volunta
rium. Conclusio facilis est, et probatur: ignorantia ans, ut
ex dictis iam constat, dicitur illa, quæ antecedit omnem actum
voluntatis, et est causa illius; sed quod antecedit omnem actum
voluntatis, et est causa illius causat voluntarium: igitur
ignorantia ans causat voluntarium. Nihil est in isto
syllogismo castigatione dignum; Maior enim certissima
est, nihil enim aliud intelligimus per causam voluntarii,
quam causam actus voluntatis, qui est voluntarius fra
litr. Minor evidentissima est, et consequentia legitime
infert.

Dices ignorantiam non posse causare voluntarium:
quia ignorantia est carentia scientiæ, sed carentia non potest esse
causa alicuius positivi: igitur ignorantia non potest esse
causa voluntarii positivi. Respondeo me non insistere in asse
rendo ignorantiam esse cum summo, et strictissimo rigore causam
voluntarii positivi; sed solum asserere esse causam, quatenus
si non daret ignorantia, non fieret actus positivus. Unde
iam dixi ignorantiam concurrere ad actum saltem negative,

Nimirum removendo scientiam impeditur positionem actus positivi.

Asserendum est 2. ignorantiam antecedentem causare non voluntarium. Fortasse videbitur alicui hanc conclusionem contradicere priori. Explicatis terminis, recte utramque cohaerere demonstro. Quando quis iaculat sagittam existimans eum amicum, qui revera existentem esse feram, dantur duo, primum est sagittae iaculatio, secundum est occisio amici: similiter quando quis ignorans praeceptum esse de ieiunio in tali die comedit carnes, dantur duo, primum est comestio ipsa physica carnium, secundum est transgressio praecepti contrarium intimantis.

Docemus ergo sagittae iaculationem, et comestionem carnium esse voluntarias, quia proveniunt ab aliquo actu voluntatis cum cognitione sufficienti ad iaculandum, et comedendum, quae actiones procedunt ab ignorantia saltem negative, quatenus haec removet scientiam, cum qua eiusmodi actiones non exercerentur, et hoc est. Quod in prima conclusione asseruimus, quando diximus ignorantiam causare voluntarium. Docemus deinde, quod occisio amici, et transgressio praecepti voluntariae non sunt, ratione ignorantiae, et hoc est, quod in secunda conclusione defendimus.

Ratio est, quia voluntarium, quatale constituitur a cognitione, ergo deficiente cognitione deficit voluntarium quatale; consequentia est evidens, quia deficienti constitutivo deficit constitutum. Antecedens ab initio tractatus probatum est. Minor autem dico. Sed in praesenti casu nulla datur cognitio occisionis, et transgressionis praecepti, ut supponimus in hoc habitu esse ignorantiam venientem antecedentem, cuius existentia non fuit in sua potestate, nec illam expellere aliquomodo potuit. Ergo

Voluntaria non est occisio amici, et transgressio praecepti toto discursu, ut evidens est, ergo dicamus quod deficiente ... deficiat homo.

Pater Arriaga conatur semper debere dari aliquid realiter distinctum per modum circumstantiae, et aliquid per modum substantiae actus, quorum unum sit voluntarium, et alterum non voluntarium, quando quidem haec prata supra duo distincta realiter debent cadere. Hoc sit facile dicamus in occisione amici ex sagitta iaculatione sequuta, quia videmus ... ipsam realiter distincta ab occisione esse voluntaria, et occisione non voluntaria. Difficulter tamen hoc videmus in comestione carnis die prohibito, quia ut dicamus substantiam comestionis esse voluntariam non possemus dicere transgressionem praecepti esse non voluntariam, quia revera non datur transgressio praecepti ... cognoscitur.

Quod si res ponderas ... transgressionem praecepti ... mali ... opponit hic author transgressionem praecepti malae non distingui a substantia comestionis, quare ... una est voluntaria, et altera voluntaria debet esse. Unde debemus dicere, inquit Pater Arriaga, non adimplitionem praecepti, sive carentiam obedientiae, quae est indistincta a substantia comestionis esse non voluntariam, quando quis comedit carnes ex ignorantia praecepti ... Subtilis est hic discursus, meritoque amplectendus, ... tamen, quaestiones has morales metaphysicis difficultatibus non involvimus.

Asserendum est 3. Ignorantia antecedens ... et regulariter non causare involuntarium contrarie, et physice loquendo. Conclusio probatur: Involuntarium contrarium, et physicum distinguitur per ... duplici actus, quorum unus est ... actualis alterius; Ad quintum quid operatur

ab ignorantia ante non habet actum actualiter resistentem, qui fiat aliud regulariter et communiter loquendo. Igitur ignorantia ante non causat involuntarium directum, et physicum regulariter, et communiter loquendo. Probatur minor, quia hic homo nil cogitat actu de directo obiecto, supponimus non habere alias ignorantiam ante de illo, non igitur concipit voluntatem de illo, et consequenter non habet voluntatem actualem physice resistentem.

Asserendum 4, ignorantia ante causare involuntarium directum habitualem sive interpretativum sive interpretativum. Ratio est, ut aliquid sit involuntarium directum habitualem sive interpretativum sufficit, quod sit contra voluntatem aliquam habitualiter, sive interpretative existentem; sed hic homo operatur ex illa ignorantia contra voluntatem aliquam habitualiter, sive interpretative existentem: igitur ignorantia illa causat involuntarium directum habitualem sive interpretativum. Probatur minor, quia supponimus hominem taliter esse dispositum, ut si ignorantiam non haberet non operaretur; ratione ergo huius dispositionis, et temperamenti dicimus habere voluntatem quandam habitualem, sive interpretativam, non enim dicitur dicto posita non quidem actualiter, sed habitualiter, et interpretative.

Caput 4.

Aliqua colliguntur ex dictis.

Colligitur 1, quod si aliquis occidat clericum cum ignorantia status clericatus, ignorantia illa relinquit homicidium voluntarium in ratione homicidii, et faciet illud non voluntarium in ratione homicidii sive sacrilegii.

Inde excusabitur a malitia sacrilegii, non vero a malitia iniustitiae, quia ignorantia clericatus facit non

Voluntarius occisionis clerici, cognitio vero occisionis hominis facit voluntarium homicidium. Adde dicendum esse, sive detur ignorantia privative opposita scientiae, sive detur etiam error positive oppositus.

Colliges tum aliquando ignorantiam versari cum substantia actionis, causa, et motivo principali illius; aliquando cum circumstantiis solum accidentales. Quando versatur cum substantia, causa, et motivo principali actionis reddit hoc involuntaria; quando versatur cum circumstantiis solum accidentales, reddit hac involuntarias. Ratio iam data casu praecedenti est, quia ignorantia reddit involuntarium id, supra quod cadit. Hoc principium a viris peritis, ante oculis habendum est, ex illo enim plurimi casuum resolutiones deduuntur.

Placuit in gratiam meorum auditorum ad praxim illud reducere. Primo deducitur, quod siquis contrahat cum hac foemina determinata, quam existimat esse divitem, et nobilem, validum esse matrimonium, ut supra diximus, cum ignorantia sit cum substantia accidentale, quae proinde relinquit actionis substantiam simpliciter voluntariam: si vero error sit de persona, quam existimabat esse Mariam, et non erat reddit Matrimonium invalidum, cum ignorantia illa relinquat involuntarium actionis substantiam. Excipienda circumstantia servitutis, cuius ignoratio etiam positivo reddit matrimonium invalidum.

Deducitur, errorem, sive ignorantiam antecedentem cum circumstantia accidentali magis voti, non invalidare votum, ut siquis voveret invisere templum D. Iacobi existimans viam esse pulchra arborum varietate consitam, licet postea deprehenderet non ita esse, valeret votum: similiter si voveret credens distare quinquaginta leucas, et dein

Et distare p duas supra 50. Verus si error, sive ignorantia an's feet cc substantiam voli, ut siquis voveret in Vicere templum illud credens distare 5 leucas, et revera distare per 100, qa peregrinao quinque leucary substantialiter alia e a peregrinaoe 100 leucary.

Deducitur 3, q si quis dedit elemosinam pauperi ignorans ee suy inimicy, quã n daret, si sciret hanc inimicitiã, utains tantũ donatio valida e, qa hec res giut tanquam substantiale motivũ paupertate, que vere e in inimico, quã propter agitur de sua substantiam, et motivũ voluntarium e. Si tamẽ ille homo revera paup n erat, sed talis falso existimabatur, donatio e invalida, qa actus pcedebat ex ignorantia cc motivũ substale, et intrincum, et pcequenter de sua substantia erat n voluntarius, unde ille ho ad restituendũ manet obligatus: similiter si quis legatũ relinqueret alicui titulo consanguinitatis, et postea deprehendat error cca hunc titulũ n potest ille tuta scientia legatũ retinere.

Deducitur 4, quod si quis emat equũ existimans ee utile ad equitandũ, et ad onera portanda, et ad hec omnia inutilis eet emptio illa, eet invalida, nõ li alicui videretur, quod substantia huius emptionis eet voluntaria, qa dat voluntariũ simpliciter cc emptione huius determinati equi, qa ? contrac tus emptionis, et venditionis n solũ alienat res, sed etiã illius utilitas, que substantialiter, et potissime movet ad emendũ ideo n e voluntaria simpliciter illa emptio, ut optime docet Pater Baiq. disp 30. cap 4 eodẽ modo in aliis casibus, qui ex illo prio deducunt discurrendum e.

Colligitur 3

Unde cumque promissiones, largitiones, et donationes, quae sponte et liberaliter fiunt privilegia, dispensationes, et aliae similes gratiae, votum simplex extra religionem, iuramentum, et alia huiusmodi cognita falsitate causae finalis, vel motivi dependenter a qua fiunt, nulla sunt vero obligatione, et effectum nullum habere, quod ut etc.

movet ad illas actiones exercendas. Unde non sunt voluntariae simpliciter cessante causa finali, vel principali motivo.

De ultimo obiici votum simplex extra religionem, quod professio religiosa, quamvis ex dolo, et errore causae finalis emittatur, non est invalida, neque inhonestat religiosa professio neque matrimonium, quod si causa finalis, vel motivum ad contrahendum aliter se habeat, validum omnino; votum vero simplex extra religionem neque sponsalia emulat, quae causa finalis, et motivo aliter se habente nullam inducunt obligationem. Unde tenemur assignare differentiam inter votum simplex extra religionem, et sponsalia, ex una parte et inter matrimonium, et professionem ex alia. Sed aliqua simpliciter voluntaria deficienti causa finali, vel motivo, alia vero videntur simpliciter voluntaria.

Ratio huius differentiae, quod modus tendendi voluntatis in obiectum debet esse proportionatus, et accommodatus statui illius obiecti, quod voluntas elligit; sed professio religiosa, et matrimonium constituunt statum perpetuum, permanentem et indissolubilem: igitur modus tendendi voluntatis in professione, et matrimonium debet esse conformis statui perpetuo, permanenti, et indissolubili. Sed modus tendendi conformis huic statui debet esse per voluntatem quandoque absolutam omnino independentem ab omni causa extrinseco, quia si voluntas ab aliquo extrinseco haberet dependentiam, plerumque irritarentur plures professiones, et matrimonia, ex quo plura incommoda sequerentur. Unde quando quis elligit professionem, et matrimonium non habet voluntatem, neque virtualiter conditionatam dependentem a causa finali, vel motivo extrinseco, et consequenter Matrimonium et

professio va

Et professio valida sunt, et voluntaria, si causa finalis, et motivus deficiant.

Eodem modo dicendum est de votis simplicibus, quae religiosi Societatis emittunt, transacto probationis biennio. Cum enim per illa veri religiosi constituantur, faciunt statum fixum, et permanentem, et consequenter ignorantia, vel error circa finalem causam, vel motivum extrinsecum non reddit irritum illorum valorem. Iam vides differentiam, quae datur inter vota, quae constituunt religiosum, et inter Matrimonium ex una parte, et vota simplicia, quae non constituunt religionem, sponsalia, promissiones, et donationes gratuitas, et reliqua huiusmodi ex alia. Cum dicitur stat errore, vel dolum circa substantialia irritare professionem, ut si quis existimaret se profiteri in religione Divi Dominici, et profiteretur in religione Divi Francisci.

Colliges, quam falsa sit illa consequentia, et regula: hoc si tale, vel tale sciret, non faceret: igitur actio eius voluntaria non fuit, ac proinde nullam inducit obligationem, quod ex casibus huc usque adductis, et doctrina iam statuta convincitur. Placuit tamen casum quemdam eorum inter DD. adducere in fraudem huius veritatis: si quis absolute voveret ieiunare in quacumque feria 6, non attendens aliquando in ea occurrere festum nativitatis Domini, in quo die licitum est vesci carnibus omnibus illis, qui voto ieiunii non sunt obstricti, votum illius obligatorium est, etiam die nativitatis Domini, licet si in mente venisset illo die, exceptionem fecisset.

Caput

De ignorantia Concomitante.

Loquimur de ignorantia illa, quae fuit habita antecedenter ad quodlibet exercitum voluntatis, et non causa alicuius

operis, et exercitii voluntatis, taliter .n. voluntas illa, dicitur volita est, ut opus illud fieret, sive adesset, sive non adesset eius modi ignorantia. Hanc comparamus in ordine ad voluntarium, et involuntarium, et quaerimus quomodo se habeat respectu illius.

Dicendum est primo
Hanc ignorantiam concomitantem causare non voluntarium. Probatur hoc ignorantia concomitans est ratio formalis ignorandi aliquid, sed quod est ratio formalis ignorandi aliquid causat quod illud aliquid sit non voluntarium: igitur ignorantia concomitans causat non voluntarium. Maior, et consequentia certissimae sunt. Probatur minor: voluntarium, ut saepe diximus, cognitione constituitur, sed ignorantia est ratio formalis, quare deficiat cognitio: igitur ignorantia est ratio quare causet non voluntarium, quod quae est ratio, quare non det unius existentiam est ratio, quare non constituatur.

Dices primo: actio illa, quae ponitur a voluntate quando adest ignorantia, poneretur a voluntate, si abesset ignorantia: igitur hic, et nunc est voluntaria, si adsit ignorantia concomitans, quod quando voluntas poneret actionem, sive daret hoc, sive illud, non potest non voluntarie ponere. Respondeo ignorantiam concomitantem, quod carentia est cognitionis, non posse reddere voluntarium id, supra quod cadit ignorantia, cum voluntarium ut tale petat cognitionem. Aliud itaque est actionem futuram voluntariam conditionaliter, si ponatur scientia, et aliud esse absolute voluntariam, quando abest scientia.

Fatemur, quod actio illa futura est voluntaria conditionaliter si ponatur scientia. negamus vero quod sit absolute voluntaria hic, et nunc, quando abest scientia, quia hic, et nunc deficit scientia requisita ad voluntarium actuale quae non abesset, si scientia poneretur. Sicut ergo homo non mereretur actualiter

pro hoc, quod mereretur, si talis, vel tantae dilectionis poneretur, ita non opperatur voluntarie hic, et nunc, pro hoc quod operaretur voluntarie, si talis dilectionis, vel talis poneretur. Similiter neque peccat actualiter pro hoc quod peccaret, si talis, vel talis dilectionis poneretur.

Dices secundo: ignorantia concomitans non est causa operis a voluntate positi. Non ergo potest denegare non voluntarium opus a voluntate positum. Respondeo ex dictis ignorantiam concomitantem non denoaret opus non voluntarium secundum illam rationem secundum quam denominat, quia causa sit illius. Sed quia tollit id, quod voluntarium constitueret. Unde sit ignorantia praecepti non sit aliquomodo causa comestionis non denoat non voluntariam praecepti transgressionem, quia aufert scientiam praecepti requisitam ad voluntarium praecepti transgressionem.

Dices tertio ex Durando, Gregorio, Gabriele, et aliis: ignorantia concomitans non excusat hominem a peccato: igitur non excusat a voluntario. Consequentia est evidens, cum peccatum sine voluntario non possit consistere. Probatur antecedens, quia ignorantia ista deficit a causalitate respectu operis, quandoquidem homo taliter est dispositus, ut adimitteret culpam, sive adesset, sive non adesset ignorantia. Respondeo, negando antecedens, quia sic loquimur de ignorantia, quae fuit habita independenter a libertate voluntatis, atque inde eius expulsio non cecidit sub potestate voluntatis, quare propter licet sit concomitans, respectu operis non potest non excusare hominem a peccato.

Et pro probatione antecedentis respondeo ignorantiam non se habere causaliter inordinate ad excusandum hominem a peccato, cum peccatum petat pro sui constitutione

Cognitione, ut debeat accidens, veiqu operis, neque obstat quod ho ille sit taliter dispositus, ut faceret opus, sive daret, sive non daret ignorantia, q. hoc tantum convincit opus futurum esse peccaminosum, si fieret, stante sua non vero esse peccaminosum, quando adest ignorantia. Sicut siquis dormiens hoc occideret, quem etiam vigilans occideret somno deberet per accidens mordium ad occisionem non vero mordine ad deliberandum occidentem a peccato.

A maiori decla ratione sciendum est ore paratione, et dispositione huius hominis posse attingere: Ratione habitus, sive virtute actuum precedentium, qq voluit inimicum occidere, in hiis, et nunc nil de inimico cogitat, neque habet aliquem actum volunta tis co illum, in quo euentu certum est hunc hominem non peccare proiciendo sagittam, ex quo inimici occisio sequatur, ut peccauerit per actus precedentes, qq deliberate voluit ini micum occidere.

Q potest esse dispositio huius homi talis, ut quando emittit sagittam cogitet actu de ini mico, habeatque simplicem complacentiam, vel desiderium de morte illius, qualiter verbis explicat, utinam ibi esset meus inimicus, ut hac sagitta transfigerem, et facta suffi cienti diligentia reuera ille homo sibi persuadeat ibi non esse suum inimicum, in hoc euentu certum est hunc hominem peccare per complacentiam illam, vel desiderium deliberatum. Modo an cum ille homo, sibi persuadet inuincibiliter ibi non esse suum inimicum, possit habere desiderium illud deliberatum, de quo uidendus est Arriaga.

Nostra ergo doctrina est, quod quando ho ille habet ignorantiam penitus inuincibilem, et concomitantem de existentia sui inimici in eo loco, neque

5

Aliquo modo actu cogitavit de illo, neque sed complacentiam, nec desiderium, conditionatum de morte illius, licet paratus esset pure habitualiter ad illum occidendum, si sciret idque de existentia illius non peccaret actualiter per sagittae iaculationem, quia nullo modo ei proponitur in his circumstantiis sagittae iaculatio tanquam prohibita, sine qua cognitione peccatum stare non potest.

Dicendum est secundo ignorantiam ignorantiae concomitantem non causare involuntarium positive. Probatur: quia ille homo nec actualiter, nec habitualiter habet voluntatem contrariam resistentem actioni, quam elegit cum ignorantia concomitanti: ergo nullo modo ignorantia illa causat involuntarium positive. Consequentia est evidens. Antecedens probatur: ille homo nihil actualiter cogitat de contrario obiecto: non ergo potest decipere voluntate actuali contrariam resistentem. Rursus taliter est dispositus, ut actionem poneret, sive daretur, sive non daretur ignorantia; non ergo habitualiter, aut virtualiter resistit.

Caput
Sextumdecimum
An et quomodo dolus vitiet actum.

Ignorantia, ut ignorantiam potest dari sine errore, quando scilicet ad puram nescientiam sine pura privatione cognitionis. Error vero importat positivum assensum scientiae contrarium. Hic error potest interveniere in contractu, absque ulla malitia, sive contrahentis, sive alterius. Et tunc

Vnde error mali. Dolus appellat fallacia illa, quam quis adhibet ad decipiendum alterum, quae si fiat tacendo vocat calliditas, sive fiat verbis mendacibus, mendacium nuncupat. si fiat opocita quadam arte verborum machinatio dicit. Haec cum vocum usurpatione.

Secundo Iniurioso, quidam quando contractus celebrat possumus considerare iniuriam, quae fit decepto a quo agens, alteroque consentiente penitus ignorante, neque illa participante, et possumus considerare substantiam, et valorem ipsius contractus. Haec duo separabilia esse ostendit eum de entis iure in matrimonii contractu in quo videmus, quod quamtumuis dolo agens dans causam contractui matrimoniali, aliàs minime ineundo, adhuc possit stare validum matrimonium, ut dicimus, disp. 8 cap. 7, et multis ostendit Pater Thomas Sanchez lib. 7 de matrimonio disp. 18.

Statuo 1º

Si dolus circa dans causam contractui, et versetur circa substantiam rei, de qua contractus celebratur, contractus est nullus, et invalidus; sive proveniat error ex culpa consentientis, sive ex culpa alterius, sive ex nullius culpa. Haec conclusio ex dictis est euidens, quia cum deficit voluntarium circa substantiam contractus, deficit ipse contractus. Vnde si tibi vendat auricalcum pro auro, vitrum pro adamante, contractus est nullus, quia non est emptio, quia non est voluntaria. Idem in matrimonio videremus, ut [illegible] diximus.

Haec cum statuimus, non ita rigorose intelligenda sunt, ut si in contractu emptionis et venditionis reponatur unum pro alio, statim deducas venditionem esse invalidam. Vnde si ancilla, quam emere intendebas, si venditor reponat aliam aequalis omnino valoris, et conditionis, venditio valida est, quia non censetur in existimatione hominum dari error circa substantiam in contractu emptionis, et venditionis, quando solum datur error quoad individuum eiusdem

Valoris et bonitatis. Hinc excusantur pharmacopolae, qui saepissime unum pro alio emunt, sine virtute vendere solent.

Consulto loquutus sum de contractu emptionis et venditionis, ut significarem illam doctrinam non habere locum in omni, et quocumque contractu, quia videmus matrimonium contractum non subsistere, si erretur unum individuum pro alio, licet aequalis omnino, et melioris conditionis; quare licet in aliis contractibus non censeatur dari error quoad substantiam, nisi quando existimatio licet varietur in individuum aequalis omnino, vel maioris bonitatis; In contractu vero matrimoniali datur quoad substantiam error, quandocumque haec variatio contingat.

Difficultas ergo in hoc puncto, et maxime inter Doctores controversa est, an quando datur dolus non quidem inducens ignorantiam circa substantiam dans causam contractui taliter illum vitiet, ut reddat illum omnino irritum, et invalidum. Non loquimur de Matrimonio, quia iam diximus illud non vitiari per dolum iniuriosum dantem causam contractui dummodo non versetur circa substantiam. Unde licet foemina pauperculam se fingat divitem, quo inducat hominem ad contrahendum matrimonium, licet ex eo errore contractus validus est. In qua difficultate nimis obscure loquutos fuisse Doctores, merito conqueruntur, qui maiorem claritatem intuitu iis affectant.

Prima sententia docet, contractus ex dolo iniurioso ex parte alterius contrahentis factos esse validos tamen attento iure naturae, quamvis rescindibiles tamen ex errore ad arbitrium decepti. Ita defendunt plures leguntur de contractibus

Cap.e 17, dub.o 5. Pater Coninck de matrimonio, disp.e 23, dubio 9. Cardinalis de Lugo de Iustitia, disp.e 22, sect.e 6. Secunda sententia docet esse validos attento iure naturae, invalidos attento iure positivo. Ita Martinus de Bona Spia, disp.e 3 de contractibus, q.e 1, puncto 1.o, paragrafo 2 n.o 3. Tertia sententia distinguit inter contractus bonae fidei, et contractus stricti iuris.

Contractus bonae fidei illi sunt, in quibus potest iudex multa ex bono, et aequo arbitrari, ut sunt emptio, locatio, societas, commodum, et depositum, pignus, et alii similes. Contractus stricti iuris sunt, in quibus iudex ad verba contrahentium astringitur, ut in feudo, stipulatione, et reliquis. Circa quam divisionem videndus est Covarrubias in caput quamvis pactum. Affirmat ergo haec sententia contractus bonae fidei, quibus dolus contrahentium dedit causa, irritos esse de iure positivo; contractus vero stricti iuris validos esse. Hanc sententiam tuetur inter alios Pater thomas Sanchez libro 2.o de matrimonio, disp.e 64.

P. Vazquez hic disp. 92. cap. 2. docet in aliquo casu voluntatem posse omnem actum positiuum suspendere, hanc tn. suspensionem et omissionem puram, iudicat non ee petm, quia solum breui tpre durare pt, et nullum datur pceptum affirmatiuum pro breui tpre obligans.

Affirmant, Durandus 2o. dist. 35. qs. 2. Soarius hic disp. 3. sec. 2. citat alios, quos sequuntur et referunt Salas hic disp. 2. sect. 5. Granado trac. 2. disp. 3. sec. 1. et de actibus hum. inis disp. 3. num. 3. Hurtado de aia disp. ~ sect. 3. subsec. 3. Azor lib. 4 cap. 3. qs. 3 Et alij.

P. Soarius nuper citatus num. 6 ait, petm omissionis physice fieri posse sine actu interiori voluntatis, et forte interdum fieri, licet moraliter loquendo fere nunqm ita accidat. Et addit hoc modo intelligenda e Doctrina S. Thomae, licet Caietanus velit istam impotentiam ee non physicam et n tm moralem.

Propo 1. Simpliciter dari pt pura omissio culpabilis, absqs oi actu positiuo voluntatis. Ita Durandus et reliqui cum illo cit. affirmantem partem docentes. Patet: Nullum est obiectum creatum quod simpliciter non relinquat voluntatem liberam quoad exercitium actus, ita vt possit illud velle, aut n velle per nolitionem positiuam aut negatiuam. qs voluntas cum sufficienti notitia obi pcepti, ht libertatem ad eliciendum actum positiuum, et non eliciendum. Patet, proposito obiecto pcepto, nulla relucet rao aut circum-

circumstantia simpliciter necessitans voltem ad eliciendum circa ta-
le obtum actum positiuum volitionis aut nolitionis. gō manet indif-
ferens ad actum positiuum & negatiuum. Deinde Aduersarij mi-
nuunt voltis creatæ libertatem cum illam necessitent ad eliciendū
actum positiuum volitionis vel nolitionis circa quodlibet obtum
sufficienter ab illctu propositum. Præterea: si DEVS, vt potest,
solum pberet concursum ad actum pceptum, & negaret ad reliquos
actus positiuos, actus pceptus in hoc casu eet necrius quoad exer-
citium, in opposita sentia. Sed hæc necitas videtur improbabi-
lis. gō. Probatur minor: ex parte obti vt patet nihil ē qd vo-
luntatem necessitet ad talem actum: nq ex parte ipsius volun-
tatis q sufficienter valet emittere libere talem actum absq oī
actu positiuo.

Dices: voltas libera cum sit vitalis n̄ exercet liber-
tatem, nisi exercendo vitalitatem. Sed simpliciter n̄ pt exerce-
re vitalitatem, nisi p actum positiuum, q solo ē actualis vita, gō
pura omissio cum n̄ sit vitalis, non erit libera. gō nec culpabi-
lis. gō simpliciter negt eē omissio culpabilis sine actu positiuo
voluntatis. Concedo maiorem, minorem nego: simpliciter enim
voluntas libera pt & libertatem, & vitalitatem exercere negati-
ue; nam sicut libere & vitaliter exercet actum positiuum,
cur libere & vitaliter n̄ poterit suspendere oem actum po-
sitiuum? Et iste modus ita proprius ē poiæ vitalis liberæ vt
poiæ non vitali, & vitali neriæ conuenire n̄ possit.

P. Hurtado aliter propositæ obiectioni respondet: con-
cedit in volte libera poiam non faciendi, n̄ eē vitalem sed
per n̄ vitam exercere libertatem ad puram omissionem liberā;
& addit in volte solam poiam faciendi, & se physice mictan-
di, eē vitalem. Hanc responsionem acute excogitatam, exactam
n̄ iudico. Sicut n. voltas in Hurtadi doctrina libere omittit
absq actu positiuo, quia peculiari modo omittit proprie poiæ
liberæ, sic etm omittit modo peculiari talis poiæ vitalis. gō vi-
taliter.

Propoᵒ 2ᵃ. Moraliter loquendo expectatis circumstan-
tijs occurrentibus, ferenunqm datur omissio culpabilis sine actu po-
sitiuo voluntatis q sit causa vel occasio illius. Hæc ē recentior
sentia, & sine dubio mens Angelici Doctoris. Rao regularit

voltas

voltas actum propositum omittit, vel quia positiue vult illud omittere, vel quia positiue etiam vult aliquid opus incomposibile cum opere omisso: Experientia n. assidua docet, omittens sacrum v. g. praeceptum, coit illud omittere quia ludit, ambulat, aut aliter quiescit, vel positiuum aliquid opus exercet.

Propoc 3.a Omissio culpabilis dari pt absque actu exteriori saltem nouo. Est cois sensus: nam etsi certum sit omittentem opus praeceptum, sacrum v. g. necrio ee in aliquo actu exteriori, nam vel aliquid opatur, vel in reali aliquo loco quiescit: nihilominus tamen necesse n e ad culpabilem omissionem, nouum actum externum elicere, cum perseuerante priori possit culpabilis omissio reperiri

CAPVT IV

Argumentis oppositis respondeo. Primum Ex nostra doctrina sequitur hoiem sine physica mutoe fieri de non peccante peccantem, vt si aduertat sufficienter rem praeceptam et illam per puram omissionem, quae negatiua opao e, et mutao, omittat. Concedo sequelam: nam quamuis non sit mutac physica, e moralis sufficiens: posita n. illius notitia voluntas e moralis caa purae omissionis culpabilis, per quam sufficienter hoo de non peccante, formaliter peccans constituitur.

2m. Voluntas libera non peccat quamdiu manet indifferens ad vtramque partem, sed quando se determinat ad alteram partem, sed voluntas suspendens et omittens oem actum positiuum, n se determinat in alteram partem. ergo per suspensionem hanc puram et omissionem non peccat. ergo haec omissio n e culpabilis. Minor probatur. Voluntas quando suspendit actum; nihil plus ht ac cum e indifferens. Falsa e minor et eius probatio: voltas n. dum suspendit actu positiuo et aliquid pure omittit, moraliter negatiue se determinat, et ideo moraliter plus ht, ac quando e indifferens; nam cum e indifferens, nec physicam nec moralem ht determinoem, cum vr suspendit oem actum positiuum, et pure omittit opus

praeceptum

p̄ceptum sufficienter ꝓpositum hr̄ moralem determinoēm in omissionem opis p̄cepti.

3.m In Deo ñ pt̄ reqiri omissio sine actu positiuo: gō neqꝫ in creatura. Falsa ꝯsequentia: disparitas ē summa Dei p̄fōe postulans opoēm mxē voluntariam, qualis ē positiua: sicqꝫ Deus oiā q̄ voluntariē omittit actu positiuo ad omissionem terminato omittit.

4.m Pura omissio culpabilis repetita expellit virtutem acqsitam: gō generat hūm vitiosum. Sed hūs vitiosus cum sit effūs positiuꝰ & realis neqt ꝯuenire principaliter nisi à caā positiua reali. gō omissio culpabilis generans hūm vitiosum & expellens virtutem ē cum aliquo actu positiuo.
Respondeo puram omissionem nullum generare hūm ob assignatam roēm, nam cum qd negatiuum sit effūm positiuum principaliter producere ñ pt̄. Quare p̄ puram omissionem & per eius frequentiam demeritoriē ad summum expellitur virtus ñ physicē ex naā rei formaliter, neqꝫ efficienter. Non primum, qa actus qualis ē pura omissio, ñ pugnat cū hūu contrario formaliter. Non secundum, quia pura omissio cū carentiā sit nequit efficienter hūm positiuum producere.

5.m Pura omissio solum breui tp̄ē durare pt̄. Sed nullum datur p̄ceptum affirmatiuum p̄ breui tp̄ē obligans: gō pura omissio duroē breuis contra nullum p̄ceptum ē. gō neqꝫ culpabilis. Maiorem probat Vazquez: cum proponuntur volūti duo obta, vnum efficacius, alterum inefficacius, pt̄ vltas neutrum obtum velle, sed mere negatiuē se hrē breui tp̄is interuallo tm̄. Huius obiectionis maiorem falsam eē sentio cum maiori Recentiorum numero. Raō: Suspensio per se in proposito casu ē breui tp̄ē possibilis. gō & longo. Patet ꝯseq. Pt̄ eē breui tp̄ē p̄ se, quia in illo possunt ꝓponi volūti duo obtā, vnum efficacius, minus efficaciter alterum. Sed longo tp̄ē pt̄ perseuerare eadem obiectorum propositio, vt si nihil aliud occurrat, vel semper occurrant noua roēs efficaciores eiusdem obti ab initio efficacius repræsentati. Deinde

inde pt etm occurrere noua cogitao q obtum antea minus efficaciter repsentatum, denuo efficacius pponat, et sic p alio tpre suspensa manebit voluntas, et vicissim poterit mutari repsentao, et perseuerare suspensio. Praeterea n e vnde colligat P. Vazquez pceptum affirmatiuum n obligare p breue tempus: nam ad cuiusuis pcepti adimpletionem qdlibet tps in quo adsunt reqsita e sufficiens, sed in eo breui tpre et casu à Vazquez constituto adsunt oia reqsita, qo pt pceptum adimpleri, qe pura omissio adimpletionis in illo breui tempore elicita e culpabilis. Patet minor: pceptum Diliges pximum tuum e affirmatiuum, et in varijs casibus breui tpre p omissionem violari pt, vt cum repente et veluti instanti in repentino aliquo euentu pximi caritas obligat.

6m omissio vt sit culpabilis dt ee voluntaria. Sed n pt ee voluntaria, nisi per actum positiuum. qo Respondeo debere ee voluntariam et volitam p modum actus, etiam e suo modo: nam cum sit actus negatiuus omissio, e voluntaria et volita p modum actus negatiui, procedentis cum sufficienti aduertentia à volte potente omittere et n omittere.

CAPVT V.

Quisnam actus positiuus sit caa omissionis.

Sine controuersia e caam directam omissionis ee actum quo quis expresse ait volo omittere rem praeceptam; et causam indirectam actus omissioni coniunctos, quorum intentione et affectu omittitur res pcepta. vt cum qs desiderio et affectu ludi vel studij omittit sacrum, tunc caa indirecta omissionis e ludi vel studij affectus, q indirecta volitio e huius omissionis. Hic igitur Doctores solum disputant, an sint caa indirecta omissionis illi actus cum pcepti obseruatione incompossibiles, quos hoo eligit post voltem expressam omittendi rem praeceptam.

Vazquez disp. 93 cap. 2. docet solum propositum omittendi rem pceptam, non ee caam sufficientem omissionis, nisi medio aliquo opere, quo reipsa pcepti obseruatio impediatur: nam

sicut

sicut sola occidendi volũtas sufficiens non ē ad homicidium execu-
tionē mandandum, nisi accedat gladius, venenum, aut aliud in-
strumentum et illud qd eligitur ē reipsa caā homicidij:
ita solum propositum omittendi sacrum v. g. non ē caā suffi-
ciens omissionis nisi accedat opus cum auditione incompossibi-
le, vt ludere, deambulare, et similia, et quod eligitur ē omissi-
onis caā: cum tn multa opera cum pcepti obseruantia incom-
possibilia eligi valeant, assignat Vazquez duplicem regulam
ad cognoscendum quodnam opus ex illis debeat omissionis caā
censeri:

Prima regula: Opus: vel quasi opus incompossibile cũ
pcepto qd post propositum efficax omittendi per se primo eligit,
ē vera caā omissionis: dicitur quasi opus, vt comprehendatur id
qd physica operaō n ē, vt sedere, vel simile. Huius regulæ ra-
tionem assignat, qa ex vi talis operis impeditur obseruaō pcepti,
et sequtur omissio. Iuxta hanc regulam, si qs efficaciter vellet
n audire sacrum, et post expressam hanc volitionem eligeret
deambulaōem aut ludum, n solum expressa volitio eēt caā omis-
sionis sacri, sed etm deambulatio et ludus.

Secunda opera q post primum opus incompossibile, et qua-
si 2dario eliguntur, non st caā omissionis, sed comitanter se
hnt respectu illius: Ratio: omissio ex vi primi operis incom-
possibilis neriō seqt et censetur moraliter posita, aō reliqua
opa sequentia etiamsi alias possent eē caā omissionis, hic et
nunc n st, cum illam supponant iam per opus primum consti-
tutam, et sic comitanter et gsequenter se hnt: sicut si semel
ffecte impeditum ē per fenestram, quodlibet aliud obstaculum
sequens etiamsi alias lumen impedire posset, illud de facto n
impedit. Quare si quis post voluntatem expressam n audiendi
sacrum ob pluuiam eligeret manere domi, et postea ne eēt otiosus
eligeret studium, manere domi eēt caā omissionis, quia fuit pri-
mum opus incompossibile non studium quod posterius ē prius il-
lud opus incompossibile supponens.

Valentia

Valentia disp. 6. qs. 1. pūc. 4 cum alijs docet n̄ solam expressam voltem omittendi, sed etm̄ oīa opera incompossibilia facta tp̄re obligōis, esse caam̄ omissionis, quia non solum ex volte expressa, sed etm̄ ex quolibet ope incompossibili seqt̄ omissio.

Propoō 1. Quodlibet opus, qd̄ ē raō motiua omissionis vel ex cuius intuitu fit omissio, ē caā omissionis. Ita com̄ Recentiores, & raō videtur manifesta cum nullum opus videatur magis caā omissionis qm̄ illud quod vel eligitur intuitu omissionis vel ē raō motiua illius, vnde si qs pp studium efficaciter vult omittere sacrum, non solum volitiō expressa, sed etm studium ē caā omissionis.

Propoō 2ª. Post voluntatem expressam omittendi rem p̄ceptam, opus illud reddens voltem simpliciter impotentem ad obseruoem p̄cepti, etiamsi velit mutare decretum ē caā omissionis. Ita Doctores communiter. Raō posita volte expressa non implendi p̄ceptum adhuc pt̄ qs illud simpliciter implere, cum valeat mutare p̄positum expressum n̄ implendi: q̄o ex ista volte & affectu adhuc n̄ ē simpliciter neria omissio, nec voluntas ē smplr̄ impotens ad obseruantiam p̄cepti. Sed per opus reddens voltem simpliciter impotentem ad p̄cepti obseruantiam ē nriō simplicitr̄ omissio. q̄o istud opus simpliciter ē caā moraliter influens in actualem existiam̄ omissionis. Patet: Si qs post voltem expressam n̄ audiendi sacrum abeat in locum distantem, vnde etm̄ si voltem mutet, n̄ possit idoneo tp̄re ad sacrum audiendum accedere, tunc si sola eēt voluntas expressa, mutari poterat & sic impleri p̄ceptum. Sed posita hac loci distantia, adhuc variata volte, impleri nequit. q̄o voltas huius distantiæ ē smplr̄ caā omissionis. Similiter cum qs post expressam voltem n̄ recitandi horas canonicas, proycit in mare breuiarium, n̄ solum voltas expressa n̄ recitandi, sed etm̄ breuiarij p̄iectio ē omissionis caā.

Propoō 3ª. Si opus n̄ ē raō motiua omissionis, nec fit intuitu illius, nec reddit voltem simpliciter impotentem ad obseruantiam p̄cepti, n̄ ē caā omissionis, siue sit primum post voltem expressam omittendi, siue n̄. Est contra Vazquez & Valentiam citatos Ca-

tos. Raõ, istud opus nullo modo influit in omissionem: gõ. Probo Antecedens: volitio studij im̃ediate consequens voltem̃ expressam omittendi sacrum pceptum, si aliquo modo influeret in omissionem, maxe quia vel eet raõ motiua, aut inductiua, vel ex se simpliciter redderet voltem impotentem̃ ad obseruantiam pcepti, vel deniq interpretatiue censeretur volitio omissionis. Nullum ex his pstat. gõ. Non ẽ raõ motiua aut inductiua, vt supponit clió; Non reddit voltem̃, smplr impotentem, cum adhuc perseueret libertas ad mutanda voltem̃ omissionis, qua mutata valet hoõ omittere studium & implere pceptum. Nec censetur deniq interpretatiua volitio omissionis: cũ haec iam sufficienter pponatur constituta ex volte expressa omittendi.

Primum explum P. Vazquez de homicidio inefficax ẽ, cũ homicidium sit comissio exterior, exigens vt per põiam̃ executricem̃, medio aliquo instrumento, executioni mandetur, omissio v. Sacri v. g. cum per veram operis cessationem fieri valeat, sola omittendi voltas absq ullo opere externo erit sufficiens. 2m de impedimento luminis nostrae clioni fauet; sicut n. posterius obstaculum n̄ impedit de facto lum qmuis alias illam impedire possit; sic cũ pportione opus qd n̄ ẽ raõ motiua omissionis, nec volitio interpretatiua n̄ ẽ caã directa aut indirecta.

CAPUT VI

Quod peccatum sit actus qui est caã omissionis culpabilis.

Certum ẽ actum caãm culpabilis omissionis eẽ petm: nam agere petm libere formaliter ẽ peccatum, sed qd ẽ caã peccati, vere agit peccatum. gõ. 2º Ille actus vere ẽ ɔtra pceptũ, nam pcipiens aliqd fieri virtute pcipit ne fiant actiones ec tirẽ, q sũt caae violationis pcepti. Solum gõ dubium ẽ, qm̃ malitiam habeat hoc peccatum.

Propoõ 1. Caã directa vel indirecta omissionis, contrahit eius malitiam & cum ea constituit vnum petm & specie & nrõ. Ita cõis sentia cum P. Suarez hic disp. 3. sect. 4. num. 3. Raõ: volitio directa & indirecta omissionis ht pobõ ipsam omissionẽ prior directe, posterior indirecte. Sed actus malus, vt vidimus, sumit malitiam ab obõ, gõ si malitia obiectiua ẽ omissionis, talis

etm erit

etiam erit malitia totalis actus. Confirmatur volitio furandi cum furto et occidendi cum homicidio componunt unum peccatum et specie et numero in genere moris; et in eodem genere ex actu interno et externo consurgit unus actus: ergo ex volitione omittendi, et ex omissione ipsa conflatur unum peccatum specie et numero.

Propositio 2a Actus qui est omissionis causa, si aliunde malus non est, solam habet malitiam omissionis. Est communis sententia. Ratio: Voluntas omittendi sacrum v. g. propter somnum moderatum non habet unde sumat malitiam nisi ex omissione: ergo solam habet omissionis malitiam. Probatur Antecedens. Hic actus et similis solum potest sumere malitiam ex duplici capite, ex somno scilicet et omissione. Non ex somno quod supponimus moderatum: ergo ex omissione tantum. Quare voluntas etiam studij moderati tempore praecepti, non habet malitiam contra virtutem studiositatis: cum habeat circumstantias omnes quas haec virtus intra suam materiam desiderat. Et confirmatur: nam si hic et nunc non instaret sacri praeceptum, hoc moderatum studium nullam haberet malitiam: ergo illam tantum habet hic et nunc quae ex praecepto sacri urgente dimanat.

Dices: Studium etiam moderatum tempore quo instat sacri praeceptum, est studiositatis virtuti contrarium: ergo habet non unicam, sed duplicem malitiam. Antecedens est falsum: virtus enim studiositatis tantum assignat modum intra propriam materiam, videlicet intensionem durationem et similia, et in proposito casu nulla datur contrarietas et oppositio cum his circumstantijs, sed tantum cum praecepto sacri; atque adeo solum habet omissionis huius malitiam. Sic accipiens aliena invito Domino ad elargiendam eleemosynam, nihil efficit contra misericordiam, sed solum contra iustitiam.

Instabis omittens voluntarie libere sacrum propter studium v. g. plus amat studium quam Deum: ergo actus iste omissionis habet etiam malitiam contra caritatem erga Deum. Antecedens formaliter est falsum, non enim necesse est, ut plus saltem appretiative diligat peccator creaturam quam Deum: nam quamvis peccatum dicat conversionem ad creaturam, et aversionem à Deo, hoc reperiri potest sine maiore huius dilectione. Deinde huiusmodi affectus, qualis ille sit est circumstantia generalis in quovis peccato mortali reperta

perta nullam addens specialem malitiam vt infra videbimus.

Propoᵒ 3ᵃ. Si qs ita eet studio affectus, vt eet paratus ad transgrediendum pceptum vt sic, et postea occurrente speciali pcepto illud transgrederetur, peccaret 2plici pctō contra virtutem attingentem honestatem vt sic, et contra religionem, vel aliam specialem virtutem ad actum aliquem obligantem. Raō: Virtus attingens honestatem vt sic specialiter obligat ne quis hāt talem affectum, atqȝ adeo huiusmodi affectus specialiter ē contra hanc virtutem et specialem hī malitiam ~~xxxxx xxxx~~ huic virtuti contrariam. Deinde noua transgressio peculiaris virtutis contrahit malitiam illi contrariam, ac per consequens ē pctm̄ 2plicem claudens malitiam, cum procedat ex affectu specialiter contrario 2plici virtuti.

Quaeres: Si qs v. g. tm̄ eet paratus ad transgrediendū speciale sacri pceptum, ꝑ studium, committeret ne vnicum nrō pctm̄, an duplex? Respondeo vnicum. Ita Salas hic disp. 2. sect. 1. Quia in hoc casu solum specialiter obligaret religionis virtus, nec assignari valet distinctum pceptum aut virtus, cui sit specialiter affectus iste ɔtrarius.

Propoᵒ 4ᵃ. Si actus q ē caā omissionis aliunde malus ē, hī 2plicem malitiam. hoc ex se et ex varijs exemplis certum ē: Si qs omittit sacrum ad furandum, furtum hī 2plicem malitiam, vnam comissionis contra iustiam, omissionis alteram ɔtra religionem. Et sic de alijs.

CAPVT VII.

Quo tempore censeatur quis peccare pctō omissiōis

Cum causa omissionis voluntariae libere simul tempore cum omissione ponit, tunc sine dubio committit pctm̄ omissionis eo ipso tempore quo simul ponitur caā et omissio, vt cum qs tp̄re quo instat pceptum sacri voluntarie libere eligit opus cum adimpletione incompossibile.

Quaestio igitur ē, quando cum libertate et aduertentia sufficienti ponitur caā, et postea distincto tp̄re sequitur omissio sine libertate, vt si qs die dnicā multo mane voluntarie se inebriet, praeuidens

videns aut prævidere debens futuram inde sacri omissionem, an in hoc casu comittat iste peccatum omissionis cum voluntariè liberè se inebriat, an cum iam est ebrius fit sacrum, et illud physicè omittit.

Prima sententia docet peccatum omissionis comitti, cum reipsa non impletur præceptum, quamvis omissionis huius causa præcesserit. Huius sententiæ Doctores, illam tribuunt Doctori Angelico, q. 2.a 2.æ qs. 79 art. 3. ad 3.m videtur favere huic sententiæ his verbis: Si aliquis de sero se inebriaverit, et non potest surgere ad matutinas ut debet. dicunt quidam quod tunc incipit peccatum omissionis, quando aliquis se applicat ad actum illicitum, et incompossibilem cum illo actu ad quem tenetur. Sed hoc non videtur verum: quia dato quod excitaretur per violentiam, et iret ad matutinas, non omitteret. Unde patet quod præcedens inebriatio non fuit omissio sed omissionis causa, unde dicendum est quod omissio incipit ei imputari ad culpam quando fuit tempus operandi, tamen propter causam præcedentem ex qua omissio sequens redditur voluntaria. Hæc S. Thomas, qui clare docere videtur, ut auctores huius sententiæ affirmant, peccatum omissionis tunc comitti formaliter quando reipsa ponitur omissio.

Doctores tamen sententiam hanc reijcientes, recte affirmant Sanctum Doctorem his verbis agere de omissione physica, et asserere duo. 1.m casu quo voluntarie libere inebriatus per violentiam à somno excitaretur, et iret ad matutinas, tunc physice illas non omittere, sed adimplere præceptum, et pro illo tunc non committere peccatum omissionis, commisisse tamen illud tempore quo posita fuit voluntarie libere causa omissionis. 2.m omissionem physicè in ebrietate secutam imputari ad culpam non in se, cum in se libera non sit, ac per consequens nec capax malitiæ culpabilis. Hæc duo satis clare ostendunt illa verba: incipit ei imputari ad culpam propter causam præcedentem, ex qua omissio sequens redditur voluntaria. Nunc sic ex Angelico Doctore in hanc sententiam exurgo. hæc omissio reipsa in ebrietate secuta, non imputatur ad culpam per seipsam, sed propter causam præcedentem. ergo neque imputatur ad culpam in seipsa, sed in causa præcedente. Probo consequentiam, ideo ex Doctore angelico imputatur ad culpam propter causam præcedentem, quia propter illam omissio redditur voluntaria

taria. Sed in ipsa caā tm̄, et non in seipsa omissio hæc ē volun-
taria et libera, vt per se ē manifestum. ḡo in ipsa caā et n̄ in se-
ipsa ē culpabilis: nam vt esset in se ipsa, deberet p̄cedere libere,
sed n̄ procedit qa fit in ebrietate, ḡo neq̄ ē culpabilis in se-
ipsa.

Secunda sentiā affirmat comitti petm̄ omissionis solum
quando voluntariè et libere ponitur sufficiens caā, tempore v. quo
instat p̄ceptum et reipsa seqt omissio si omittens n̄ ē cum sufficiēte
libertate non peccat formaliter petō omissionis. Ita P. Vazquez,
disp. 94 cap. 2 et 3. Azor tom. 1. lib. 4. cap. 3 q̄s. 4. Et hæc ē
cōis sentiā, rōi mxē ɔsentanea.

Tertia deniq̄ sentiā existimat comitti petm̄ omissionis
et cum ponitur voluntariè liberè sufficiens caā, et cum postea omit-
titur executio rei p̄ceptæ. Ita Molina q̄s. 71. art. 5. dub. vlt.
Valentia disp. 6. q̄s. 1. punc. 4. dub. 3. Sanchez tom. 3 de matri:
lib. 9. disp. 45 num. 28 et alij, quos refert et seqtur Salas disp.
2. sect. 9.

Propoō I. Peccatum omissionis tunc formaliter incurri-
tur, cum voluntarie libere ponitur sufficiens causa omissionis. Ita
P. Vazquez et reliq. ē hac sentiā citati. Probatur 1º Auctoritate
Doctoris Angelici, qui tertia par. q̄s. 80 art. 7 ait: pollutio secuta
in somnis non ē petm̄ secundum se, licet possit hrē petm̄ annexū.
Vbi sine dubio S. Doctor significat pollutionem in somnis secu-
tam eē in se inculpabilem, et posse hrē petm̄ annexum, hoc ē
posse esse culpabilem in caā sufficienti, voluntarie libere ante
dormitionem constituta. 2º Tunc incurritur vere et folit
comissio culpabilis quando q̄s voluntarie et libere vult illam com-
mittere. ḡo. Antecedēns patet: cum quis vult voluntarie et libere
comittere homicidium, peccat petō comissionis, q̄uis ē postea homi-
cidium, vel n̄ comitatur, vel sequatur sine vsu rōis et libertatis.
ḡo tunc q̄s vere et for̄aliter peccat petō omissionis sacri, quando
voluntarie libere adhibet sufficientem omissionis caām, licet
postea in re n̄ omittat, vel si omittat non sit sui compos omis-
sionis tempore. 3º Præceptum n̄ solum p̄hibet ipsam om-
issionem, sed etm̄ sufficientem voltem omittendi: ḡo hæc sicut
illa

illa libere posita, ē pcepto vel roi contraria.

Dixi cum voluntarie, libere poniẓ sufficiens caā: nam si ē insufficiens, qualis ē remota, vnde actus omittendus valde neris n̄ ē, qm̄uis voluntarie libere ponatur, per illam fōaliẓ n̄ incurritur pctm̄ omissionis, vt sequens ppoō testatur.

Propoō 2ª. Non incurritur fōaliẓ pctm̄ omissionis, si caā voluntarie libere posita ē remota, nisi actus omittendus sit valde neriūs. Ita aliq Recentiores cum P. Sanchez lib. 1. opis mor. cap. 15 num. 4. Caā pxima in psenti ē ex qua pxime seqẓ omissio, qualis ē inebriatio respectu omissionis Sacri, et pfectio breuiārij in ordine ad recitoem̄ canonicam. Nunc sic, vt omissiones sint voluntaria libere in caā, debent n̄ tm̄ eē pvisae, sed esse tales vt pcepta obligent ad vitandas caās ne huiusmodi omissiones sequantur. Sed pcepta humana n̄ obligant ad aliquas actiones vitandas, nisi quando omissiones ex illis proxime sequuntur, non v. quando remote: nam hoc esset valde durum et rigidum. Quare qui ex nimio cibo vel potu contrahit infirmitatem, ex qua praeuidet futuram omissionem multorum pceptorum, auditionis Sacri in die festo, et similium, in comestione et potatione voluntarie libere facta, n̄ contrahit malitias omissionum contra pcepta audiendi sacra, et similia. Ex isto n. cibo et potu immediate tm̄ seqtur infirmitas, remote omissio sacri, et adimpletionis aliorum pceptorum. Sed praecepta humana, ne valde dura et rigida videantur n̄ obligant ad vitandas has caās pp omissiones assignatas et similes. Ergo huiusmodi omissiones in his causis non sunt voluntarie libere culpabiles. Similiter committens delictum cum periculo carceris p multum tempus, vnde pvidet longo tempore futuram sacri omissionem, n̄ comittit huius omissionis malitiam. Et sic in quouis alio simili euentu.

2ª pars ostenditur: Parochus pvidens fideles carituros celebroē missarum, et sacrorum administroē, et Judex vel Gubernator pvidens ciuitatem regimine cariturum, voluntarie com-

-mitteret

mitteret aliqd roē cuius contraheret morbum cum pvisione harum omissionum, huic imputaretur ad culpam regiminis omissio, & illi sacramentorum administraō.

Dices contra primam partem, Cibus nociuus & potus hnt connexionem cum omissione Sacri, & multiplicis alterius pcepti humani: nam vt supponimus ex cibo certo & infallibiliter sequetur infirmitas, & ex hac multiplex pceptorum omissio. qō volitio directa cibi & potus ē indirecta omissionum. Sed voluntas indirecta rei malæ qtrahit formalem eius malitiam. qō voluntas indirecta harum omissionum contrahit formaliter illarum malitias, q explicari debent in qfessione. Distinguo maiorem: hnt qnexionem sufficientem ad volitionem indirectam culpabilem nego; ht remotam insufficientem ad culpam qcedo. Tota raō desumenda ē ex humano pcepto, hoc n. ne rigidum sit, solum vult volitionem directam caæ pximæ qnexæ cum omissione, ie. volitionem indirectam omissionis, n̄ v. volitionem caæ remote qnexæ, nisi actus omittendus sit valde nerius, qualis ē actus in 2a. oppositionis parte constitutus. Hoc eē proprium pcepti humani, sentiunt coīr grauissimi Doctores indicantes in cibo & potu nociuo n̄ committi malitias harum omissionum, & sic n̄ eē in qfessione exponendas, quare similiter docent, si qs pvidens ex hodierno ludo die crastina futuram ieiunij violationem, voltem directam ludi n̄ esse indirectam omissionis ieiunij: qa pceptum humanum ieiunij iudicat hanc qnexionem insufficientem ad voltem indirectam culpabilem.

Instabis: Si qs ex hodierno ludo pvideret crastina die futurum homicidium, voltas directa ludi esset indirecta homicidij qō etiā esset indirecta omissionis ieiunij. Nego consequentiam. Disparitas, homicidium ē intrinsece malum: & in his q intrinsece mala sunt remota illa connexio ē sufficiens ad voltem indirectam culpabilem, quia horum malitia sumitur ex ipsis naturis rerum independenter ab humano pcepto: q v. mala st dependenter ab isto, malitiam sumunt cum dependentia ab eius dispositione, q vt vidimus iuxta coiorem theologiam ē, vt connexio remota insufficiens sit ad indirectam volitionem.

Propoō 3a. Externa omissio reipsa sine libertate secuta, non ē formaliter peccatum adhuc per denominoem extrinsecam sumptam

à causa

à caã libere constituta, sed tm̃ ē effus petī p̃cedentis comissi cum voluntarie libere posita fuit omissionis causa. Ita graues Recentiores.
Raõ. Actus vt sit culpabilis actualiter, reqrit actualem libertatem, sed hæc omissio externa quando reipsa ponit, nullam hẽ actualem libertatem extrinsice saltem afficientem & denominantem, gõ nullo modo ē culpabilis. Maior q̃ ex se videtur certa ostenditur: Actus culpabilis, ē actualis effectus liber, rõi contrarius gõ ē ab aliqua caã actuali libera, illum denominante, actualiter productum libere. gõ reqritur actualis libertas, vt actus sit actualiter culpabilis. Minor etm̃ certa, cum ex suppoẽ omissio hæc externa, nereõ & sine rõis vsu, dimanet. Vnde consequentia ē euidens, & ostendit omissionem hanc, tm̃ in caã liberam, ñ eẽ in se petm̃, sed in caã; hoc est solam caam in hoc euentu eẽ formaliter petm̃, & sic accipere peti actualis denominoem.

Confirmatur: Si hæc omissio sine libertate secuta formaliter in se esset petm̃, sequeretur dormientem, vel ebrium actualiter peccare mortaliter, dormitionis tempore quo p̃ceptum sacri reipsa instat, & proÿcientem breuiarium, tempore quo recitare ñ valet; & comburentem syluam, dum incendium per multos dies durat, ac comedentem cibum nociuum toto tempore quo durat infirmitas, & sic de alÿs

Negat sequelam Montesinos cum alÿs: nam actio cibi & veneni V. G. in stomacho ē nãlis, & non in potestate nostri, et ideo à nobis nisi in applicoẽ imperari ñ valet. Verum hæc solutio inefficax est, istæ enim actiones & aliæ omnis nãles sint hnt in caã libertatem sicut omissio sacri de qua agimus: gõ vel omnes omissiones sunt in causa libera peccatum vel nulla, cum omnes eodem modo à caã libera proueniant, quod vero postea actiones naturales sint, non ē sufficiens ratio ad hoc vt effectus sit culpabilis in caã libere applicata

CAPVT VIII

Aliqua obiectiones

Iª non ē petm̃ velle caam effectus q in se petm̃ non est, sed, per nos illa omissio externa in se petm̃ non ē, ḡo neq ē petm̃ velle eius caam. Distinguo maiorem

maiorem effus qui in se petm n e ex sua naa, concedo; effectus qui tm petm non e ob defectum libertatis voluntarie sublata nego maiorem: In hoc casu applicatio caa & positio libera impedimenti tollentis libertatem e voluntaria & phibita atq adeo eius volitio petm.

2a Physica volitio cibi nocivi remote connexi, media infirmitate, cum multiplici omissione sacri, e volitio physica indirecta talis omissionis. Sed in rebus malis qa phibitis volitio physica indirecta e petm. go. Maior e certa roe connexionis qm supponimus: gnexio n. inter caam & effum efficit vt volitio directa caa sit indirecta effus & e contra; nam q vult formam, vult gsequentia ad formam. Minor e falsa: in rebq n. phibitis non qlibet volitio indirecta e phibita & culpabilis; sed volitio indirecta in caa pxima & imediata. In caa v. remota sola volitio indirecta rei valde nerie, vt constat ex 2a ppoe superioris capitis, reliq v. volitiones indirecta in caa remota, non prohibentur ab humano pcepto, & ideo n st culpabiles vt in nostro casu.

Instabis: qui in die dominica V. G. septima hora matutina vellet cibum nocivum aut potum, & pvideret vndecima hora vsq ad duodecimam futuram infirmitatem, & ex illa omissionem sacri, non teneretur hora sexta matutina, anticipare sacri auditionem, nec peccaret peto omissionis. Similiter q hodie vespertino tpre pvideret crastina die futuram infirmitatem, & ex ea omissionem recitois canonica, non teneretur hodie debito tpre recitare matutinas sequentis diei, nec peccaret peto omissionis, & sic de alijs. Concedo consequentiam: volitiones n. illa indirecta st in caa remota in qua n phibentur ab humano pcepto, ac per consequens culpabiles n st. Addo: volentem frequenter ludum cum pvisione omissionis ieiunij peccare mortaliter, cum ista frequentia sine pcepti gtempta consistere n valeat.

3a Vt actus externus sit malus, sufficit procedat a voluntate libera, sicq pcedit hac omissio externa. R. Debere pcedere actualiter a volte libertatem exercente, quod in pposita omissione n repitur.

4a Omissiones & effus ecuti sine libertate puniuntur ab Eccla excommunicoe & irregularitate: qa st peccata. Veru

antec-

antecedens. Consequentia falsa: Ecclia punit petm cum conditione si effus sequatur; et ideo occisio externa, et similes actiones contingentes sine libertate, et antea cum libertate prvisa, non minus inducunt irregularitatem, excoicoem, et obligoem restituendi; ac si in vigilia libere contingerent; quamuis voltas prior dans causam sit per poenitentiam reuocata, et homo iam sit in gratia; nam vt incurratur irregularitas, excoicao et obligao restitutionis, necesse non est vt externa occisio et omissio sit peccatum in se, sed sufficit vt sit effus pti praecedentis, lex n. punit peccatum per censuram, sub conditione quod in re ponatur effus, et si impeditur etm miraculose, non incurritur censura.

Sanchez vero lib. 1. operis moralis cap. 16 ad finem Suarez tom. 2. de relig. lib. 3 de iuram. cap. 8. num. 6. ab hac doctrina excipiunt peccata oris. Et sic docent excoicoem in periurium latam, non incurri, cum periurium solum est volitum in causa V. G. in consuetudine iurandi sine aduertentia; quia periurium affirmat, non censeri reseruatum, nisi in se volitum.

DISPVTATIO X

De distinctione specifica et numerica peccatorum CAPVT I. An peccata specie differant ex obiectis et praeceptis.

Propositio 1a peta independentia et dependentia à lege, specie differunt ex obtis. Est cois sentia. Rao, vtrumque peccatum vt constat est tendentia in obtum roi contrarium ex se, vel dependenter à lege. Sed tendentia in obtum inhonestum sumit ab eo speciem. ergo.

Propositio 2a Peccata specie multiplicantur, cum distinctis virtutibus aduersantur, et eidem sub diuersa difformitate. Prima pars constat. Homicidium V. G. oppositum iustitiae, et odium Dei charitati, specie distinguuntur. Secunda traditur

exemplis

exemplis, prodigalitas et avaritia pugnant cum liberalitate, et inter se differunt specie. Similiter odium Dei, et omissio amoris Dei cum oportet, distinguuntur specie, et eidem caritati repugnant.

Propositio 3.a Diversa praecepta idem sub eodem motivo et obligatione imperantia, non constituunt distinctionem specificam et numericam peccatorum. Ita Vazquez disp. 98. cap. 2. et 3. Salas disp. 3. sect. 2. Azor lib. 4 cap. 2. qs. 6. Et est communis sententia. Prima pars probatur: praeceptum totum sumitur ex motivo honestatis, cum sit quaedam regula nos ordinans ad virtutem et honestatem, et habet vim constituendi quod praecipit in materia virtutis, et quod prohibet in specie peccati. ergo si honestas est una specie, praeceptum formaliter erit unicum, etiamsi materialiter sit multiplex. Unde furtum, naturali, divina, et humana lege vetitum, unum est specie, etiamsi leges sint diversae; quia quamvis praecepta tria sint materialiter, formaliter ex eadem honestate iustitia prohibet furtum, non quod ex eo quod sit contra legem divinam et humanam, non habet formalem inobedientiam, quia haec non reperitur, nisi cum violatur praeceptum ex intentione expressa non obediendi, aut quando virtus obedientiae specialiter obligat, neutrum contingit in hoc casu, in quo nec datur expressa voluntas non obediendi, nec triplex praeceptum prohibet furtum ex honestate obedientiae, sed iustitiae. Immo quamvis furtum prohibeatur sub excommunicatione, adhuc non habet formalem inobedientiam ob rationem assignatam. nec ad incurrendam excommunicationem necessaria est formalis inobedientia, sufficit materialis, videlicet ut fiat quod prohibetur, vel omittatur quod praecipitur sub excommunicatione.

Secunda pars probatur: Non apparet unde sumi valeat multiplex individuatio malitiae, cum sit (ut supponimus) eadem formalis ratio obiecti et circumstantiarum. Deinde ex opposita sententia sequeretur habentem tria beneficia Ecclesiastica, et omittentem

omittentem officium, tria numero peccata committere, i. duo omittentem sacrum debitum 2plici titulo: diei scilicet dnicæ & festi alicuius Sancti ea die occurrentis. Et similiter omittentem ieiunium debitum roe quadragesimæ & vigiliæ in ea occurrentis; cuius oppositum docet cois Theologia agnoscens vnum tantum in specie petm in ijs & similibus casibus ex vnitate specifica & nrica motiui & obligationis.

Propoo 4. Circumstantia plurium pceptorum circa eandem rem ex eodem motiuo n notabiliter aggrauat intra eandem speciem nec e in gfessione aperienda. ita Vazquez & Salas citati, constat ex supiori doctrina, & satis piorum & sapientum vsu declatur.

Propoo 5a. Diuersa pcepta circa eandem rem ex diuerso motiuo pximo, peccata specie & numero diuersa distinguunt. sic coiter DD. Rao diuersa pcepta pp distincta motiua pxima ordinant eandem rem ad diuersas virtutes & honestates specie & nro. go actus pceptus contrahit multiplicem honestatem specificam & numericam, & actus prohibitus multiplicem malitiam. Vnde religiosus Franciscanus ieiunans feria VI in qua occurrit ieiunium ex lege vniuersalis Ecclæ, 2plicem honestatem specificam & numericam gtrahit, vnam temperantiæ ex ecclæ pcepto obligante ob pximo motiuo temperantiæ, alteram religionis, quatenus specialiter vouit se obseruaturum regulam ieiunandi 6 quaque feria: violans v. hoc ieiunium — committit duo peccata specie & numero distincta, vnum contra temperantiam violando Ecclesiæ legem obligantem ex temperantia, alterum contra religionem ratione voti. Si autem non emisisset speciale votum, sed regula solum obligaret ex motiuo temperantiæ, omissio ieiunij solam haberet specificam & numericam intemperantiæ malitiam. Ita Vazquez citatus cap. 3. similiter qui in religione obedientiam vouit, & violans Superioris præceptum in aliquo quod superior pcipit ex motiuo alterius virtutis, 2pliciter peccat ratione præcepti & voti; ratione præcepti potest esse contra varias rationes motiui & materiæ; ratione voti contra religionem obligantem ad reddendum Deo promissa. Vazquez cit. ait: Si quis alicui extra religionem voluntarie promitteret obedientiam, & ei postea in licitis & honestis non obediret, solum comitteret vnum peccatum contra votum; quia præceptum eius, quem sibi quis auctoritate

propria

propria in Superiorem elegit, non hã rõem veri pcepti & legis, sed
solum directionis & consilij, & ideo vim non habet constituendi
actus in maã alicuius virtutis. Ius enim vere pcipiendi, ac legem
ferendi, nemo valet alteri supra seipsum tribuere, sed à principe
deriuari necess. est: intra religionem est in Superiore ius vere præ-
cipiendi à Pontifice deriuatum. Præterea occisio Sacerdotis dup-
licem speciē malitiam continet, iniustitiæ, & sacrilegij, quia ius
naturale prohibet occisionem ex iustitia, ius ecclesiasticum ex re-
ligione. Effusio seminis in loco sacro, præter speciem intemperantiæ
quam hã iure naali contra castitatem, hã speciem sacrilegij con-
tra religionem, quia iure ecclesiastico prohibita est, religionis
intuitu. P. Vazquez cit. infert satis probabile esse
effusionem seminis vel sanguinis in Ecclia occultam, non ha-
bere speciem sacrilegij, quia huiusmodi effusio solum ē sacrile-
gium, quatenus violat locum sacrum, & tollit eius consecrationem,
vel benedictionem; sed iuxta communem doctrinam, locus sacer non
violatur, nec tollitur consecratio, aut benedictio eius, quamuis sangui-
nis vel seminis effusione, sed sola illa quæ notoria est; qð sola
seminis vel sanguinis effusio publica, habet specificam sacrilegij
malitiam.

Oppositum docet Sanchez lib. 9 de matrim. disp. 15.
num. 11. dicens, per occultam sanguinis vel seminis effusionem vio-
lari ecclesiam, & ideo occultam hanc effusionem, sacrilegij malitiam
continere: non esse talem obligationem abstinendi à celebratione
dum effusio est occulta, quia ad hoc Ecclia desiderat vt conditionē
publicationem, non ad contrahendam sacrilegij malitiam, nam sola
publicatio non videtur sufficiens ad constituendum de n̄ sacrile-
gio sacrilegium, quare effusio sanguinis, vel seminis in loco sacro
ex natura facti ē per se, sacrilega ē ecclesiastico præcepto
sub religionis motiuo pcipienti dissentanea. Hæc citatus Sanc-
hez.

Propoõ 6. Cum pcceptorum motiua remota sunt ē val-
de extrinseca n̄ recte ex pcceptorum multiplicitate colligitur
multiplicitas pecifica peccatorum. Sic docti Recentiores. Suadetur
exemplo: si Epus V. g. pcipiat debitori, vt soluat debitum
creditori,

creditori ad huius miseriam sublevandam; et gubernator præcipiat item, ut servetur æqualitas et reddatur Creditori quod suum est, debitor non solvens, peccat solum contra iustitiam, quia motivum iustitiæ proximum est, et consentaneum materiæ; motivum vero misericordiæ extrinsecum.

Quæres 1. An omittens divinum officium, debitum ratione ordinis sacri et beneficij ecclesiastici, contrahat duplicem malitiam et specificam, et numericam. Negat Henriquez lib. 3 de poenit. cap. 5 num. 6. Azor lib. 4. cap. 2. quæst. 6. Affirmo cum Sanchez lib. 9 de matrimo. disp. 15 num. 9. Ratio est duplex obligatio ad diversas specie virtutes spectans, una ratione ordinis sacri spectans ad religionem, altera ratione ecclesiastici beneficij pertinens ad iustitiam: Ecclesia enim tribuit reditus beneficij cum onere et conditione, ut possidens beneficium recitet horas canonicas, aliter reditus proprios non faciet, sicque illos accipere cum omissione officij canonici, erit contra iustitiam, est enim acceptio rei alienæ contra Domini voluntatem; et ratione ordinis contra religionem.

2º. An violare duo præcepta quorum unum est determinatio alterius sit duplex, vel unum peccatum specie et numero. Do exemplum claritatis gratia: Ius divinum imperat peccatorum confessionem, Ecclesiasticum præcipit ut hæc confessio semel fiat in anno, sicque est determinatio iuris divini. Nunc quæritur an qui statuto tempore non confitetur, committat unum aut duplex specie peccatum. Similiter unum præceptum divinum est de sumenda reverenter eucharistia, alterum de præmittenda confessione necessaria, quæritur, an si quis sumpturus Eucharistiam non confiteatur et sumat illam in peccato mortali omittat duplex specie peccatum unum contra præceptum divinum de sumenda reverenter eucharistia, alterum contra præceptum item divinum de præmittenda confessione. Respondeo unum committi peccatum, et in 1º casu est communis sententia, cum in utroque præcepto unum sit motivum. In 2º etiam videtur certum, ut docent Suarez tom. 4 in 3 part. disp. 35 sect. 3 num. 12. Vazquez tom.

4 in 3 par

p. in 3 par. qs. 9 tit. 3 dub. 3 num. 3. Rao solum praecipitur confessio vt dispositio si Eucharistia hic et nunc sumenda sit et vt circumstantia ad dignam eius sumptionem, atque adeo in tali casu confessionis obligao e pp eucharistiam.

CAPVT. II.

An peccata specie differant ex circumstantijs, et ex alijs capitibus.

Propoo 1. Peccata specie differunt ex circumstantijs. Est com. doctrina. Circumstantia sacrilegij v. g. quam ht furtum rei sacrae, furto nouam sacrilegij malitiam tribuit. Sic de alijs.

Propoo 2a. Peccata non differunt specie per causas actiuas, a quibus vt effectus efficiuntur. Ita S. Thomas qs. 72. art. 3. Nomine cae efficientis, hic cum S. Thoma non tm physicam, sed moralem praecipue comprehendimus. A priori ostenditur: voluntas Petri et Pauli, Angeli et hominis, non obstante distinctione numerica aut specifica, possunt producere peccatum eiusdem speciei moraliter. go. Patet Antecedens: odium Dei in Angelo, et homine moraliter e eiusdem speciei. Dicitur moraliter, seu per ordinem ad connotata moralia h. e. ad rectam roem, seu honestatem, cum quibus odium Angeli et hominis eandem specie contrarietatem habet. physice autem et metaphysice specie distinguitur, sic enim humani et Angelici actus discriminantur physice et metaphysice loquendo; de posteriori probatur: idem specie homicidium v. g. oriri pt ex diuersis affectibus moraliter efficienter ad illud concurrentibus. Petrus v. g. pt occidere Joannem, et rem alienam inuito Dno accipere ex odio, amore turpi, aut ex alio simili affectu. At in tali casu homicidium et furtum non mutant speciem, quamuis homicida addat homicidio odium, vel affectum inhonestum contra castitatem. Et similiter fur eosdem, aut similes affectus addat furto et iniustitiae. Homicidium autem ex affectu odij non distinguitur specie ab homicidio proueniente ex amore turpi.

Propo-

Propoō 3. Pctā non differunt eēaliter specifice a priori, ex poenæ diffriā æternæ, & tporalis. Est cōis sentia. Raō: poena æterna debita ē culpæ mortali & temporalis veniali, & nihilominus, vt videbimus infra, vtraq; culpa est eiusdem speciei intereccta. Deinde hæc ē vera causalis à priori, hæc culpa ideo est digna poena æterna, quia ē mortalis & illa, ideo ē digna poena temporali quia venialis, n' ē contra; gō ratio specifica infima culpæ mortalis & venialis desumi non debit à priori, ex diffriā poenæ æternæ & temporalis.

Propoō 4. Peccata diferunt specie per excessum & defectum. Patet: per hanc rōem specie differunt pdigalitas & auaritia, audacia & timiditas. In prodigalitate & audacia datur excessus; in auaritia & timiditate defectus.

Colligo 1° cum S. Thomas affirmat peccata distingui, per principia, loquitur de principio specificante ex parte obti, seu de roē formali obiectiua, & cum negat, agit de principio efficiente, seu de causa morali, consilio suasione, & impulsu concurrente ad efficientiam alicuius operis. Huiusmodi enim caā cum sint efficientes morales non specificant actus ab illis, vt effectus prouenientes. Simili modo exponendus ē S. Doctor cum in vno loco docet peccata specificari à motiuis, & in alio affirmat non specificari. In 1° per motiuum intelligit, rōem fōalem obiectiuam in secunda causas mouentes ad peccati productionem.

Colligo 2° cum S. Thomas docet 1° amorem & timorem esse causas efficientes peccatorum, & deinde esse caās motiuas, loquitur in sensu mōdo explicato, h. e. esse causas efficientes per affectum, consilium & impulsum. Deniq; cum q. 84 art. 3. ait vitia capitalia esse causas finales, loquitur de illorum obiectis, seu de roē formali obiectiua, non de efficientia morali, qua per modum affectus & impulsus ad alia peccata producenda concurrunt

CAPUT III.

De numerica distinctione peccatorum

[C]anus relect. de poenit. existimat voltem interruptam, & repetitam circa idem obiectum, quamuis interruptio magna sit, non multiplicare peccata numero moraliter loquendo, nisi prior voltas retractetur per contrariam, antequam repetatur. Sit exemplum. Petrus elicit hanc voltem, volo occidere Joem, & cessat ab illa vel naturaliter per somnum, aut naturalem inaduertentiam, vel libere per voluntariam efficientiam alterius actus disparati, deinde non retractata priori volte, renouat affectum occidendi Joannem, & sic multoties cum magna vel parua interruptione absque vlla retractatione, renouat similes affectus. In hoc casu ait Canus has voluntates physicas realiter distinctas constituere moraliter vnum tantum numero pctm.

Propoo 1. Pcta mere interna ad idem obtum terminata multiplicantur nro physice & moraliter per quamuis minimam interruptionem naturalem vel liberam. Sic citatus Suarez & Vazquez hic disp. 75. Rao: actus mere interni quauis minima interruptione posita, sunt inter se realiter distincti, & vnusquisque hi suam peculiarem deformitatem numericam ab alijs diuersam. go. Pbo consq. Si non essent plura pcta, sed vnum tm moraliter, maxe qa haberent connexionem & continuationem in aliqua actione, sed n hnt, go. Pr minor. Hac actio vel eet interna, vel externa; non ista qa actus, de qbus agimus, sunt mere interni, non illa, cum supponamus oes hos actus internos ee discontinuatos, & inter se realiter diuersos. Vnde vt recte Suarez, haec pcta etsi inter se nro distincta in confessione explicari possunt dicendo nos per hoc vel illud tempus hunc vel similem affectum frequenter aut raro repetitum habuisse: nec hoc e dicere peccata distincta per modum vnius peccati vnius confusae multitudinis contenta in ea temporis mora.

Propoo 2a. Actus inhonesti terminati ad idem obtum etsi inter se realiter distincti si continuentur in aliquo ope externo & virtualiter in illo continentur, loquendo moraliter sunt vnum nro peccatum. Sic Suarez tom. 3. in 3 par. disp. 22. sect. 5. Vazquez hic disp. 10 c. 2. Caietanus tom. 1. opusculorum trac. 31 q. 6. [illegible] responsionu

respon-

respons. 15 qs. 2. & alij. Raó oēs istæ voltés realiter diversa moraliter inter se uniuntur, virtualiter cōtinentur in actione externa, ac efficiunt unum nrō actum humanum.

